Petrus Abailardus, & Arnoldus Brixienſis, S. Bernardi tempore, docebant gradus esse inæquales in diuinis personis; fidem sine ratione admittendam non esse, & alia id genus multa: testis S. Bernardus in epist. 190, resipuit postea, & sanctè obijt, teste Petro Cluniacensi lib. 5. epist. 3. & 20.	Ordo Præmonſtratenſium.
	Ordo militũ Theutonicorum.
	Schiſma XIX. Petri Leonis contra Innocentium II.
	Concilium generale Lateranenſe II. ſub Innocentio II. anno 1139.

Digitized by Google

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperat. Occid.*	*Imperat. Orient.*	*Scriptores.*
1153	Anaſtaſius IV Romanus, ann. 1. m. 4. dies 14			Gratianus. Petrus Lombardus. Petrus Comeſtor. Otho Friſingenſis. Theorianus. Hugo Etherianus. Arnoldus Carnotenſis. Petrus Bleſenſis. Gulielmus Tirius. Helmoldus. Gothifredus Viterbienſis.
1154	Hadrianus IV. Anglus, an. 4. m. 8. dies 28			
1160	Alexander III. Senenſis, ann. 22			
1181	Lucius III. Lucenſis, an. 4. m. 2. dies 28		Alexius Connenus ann. 2	
1183			Andronicus Connenus. 3	
1186	Vrbanus III. Mediolanenſis, ann. 1. m 10. d. 25		Iſaacius Angelus. ann. 10	
1187	Gregorius VIII. Beneuent. m. 2			
1188	Clemens III. Romanus, ann. 3. m. 2. dies 26			

Digitized by Google

Hereſi orc ha.	Varia.
Cathari, ſiue Patareni heretici docebant, mundum factum eſſe à dæmonibus, Sacramenta nihil valere; & alia, de quibus vide Io. de Turrecremata, in ſumma de Eccleſia lib. 4. par. 2. c. 35.	Hadrianus Papa Quartus, natione ne Anglus, vir ſapiens, & pius, Hiberniam Inſulam Henrico ſecundo Regi Anglorum conceſſit, ea conditione, vt in ea Inſula virtutes plantaret, & vitia eradicaret: vt, à ſingulis domibus quotannis denarium S. Petro pendi curaret: vt iura Eccleſiaſtica illibata ſeruaret. Extat diploma tom. 12. annal. Card. Baronij.
Valdeſius, vnde Valdenſes, qui & pauperes de Lugduno anno 1170. docere cœpit nõ eſſe obediendum Pontifici Romano: poteſtatem abſoluendi à peccatis, & conficiendi Euchariſtiam Laicis etiam eſſe conceſſam. Indulgentias nihil valere; non extare Purgatorium. Sanctos non attendere precibus noſtris. Feſta, & ieiunia indicta non eſſe ſeruanda. & alia. De quibus vide S. Antoninum in Summa pag. 4 tit. 11. cap. 7. & Claudium Cuſſordium contra Valdenſes.	Schiſma XXI. Victoris, Calliſti, & Paſchalis contra Alexandrum.
	Concilium generale, Lateranenſe tertium, ſub Alexandro III. anno 1180.

Hæresiarchæ.	*Varia.*
Petrus Ioannis hoc tempore docuit Christo latus perforatum adhuc viuenti: animam rationalem non esse formam corporis: Ecclesiam vniuersalẽ esse Babylonem de Apocalypsi: & Papã esse mysticum Antichristũ. Guido Carmelita, & Bernard. de Luizemb in Catalogo hæresum.	Ordo Carmelitarum confitmatur ab Alexandro III. anno 1108. Item ab Innocentio III. anno 1199. Item ab Honorio III. anno 1216. mitigatur ab Innocentio IV. anno 1248.
	Ordo Crucifer orum dicitur confirmatus à Cælestino III. anno 1197.
	Ordo Minorum confirmatur ab Innocentio III. & postea ab Honorio III.
Almaricus Doctor Parisiensis docuit legem Dei Patris durasse vsque ad Aduentum Christi: legem Christi vsque ad Almarichũ: legem Spiritus Sancti vsq. ad finem mundi. Docuit multa alia perniciosissima. Vide Io. de Turrecremata lib. 4. Summæ. part. 2. cap. 35. & Vincentium in Speculo historiali lib. 99. cap. 107.	Concilium generale, Lateranense quartum, sub Innocentio III. anno 1215.
	Ordo redemptionis captiuorum, confirmatur ab Innocent. III.
	Ordo Prædicatorum confirmatur ab Honorio III.
	Ordo Sanctimonialium sanctæ Claræ, quæ sequuntur regulam fratrum Minorum, confirmatur.
Albigenses tempore Innocentij III. & forte antea, exorti sunt. qui non	Ordo Eremitarum sancti Augustini ab Innocentio IV. hoc nomen accipit, cum antea Gugliemiti dicerentur.

Digitized by Google

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperat. Occid.*	*Imperat. Orient.*	*Scriptores.*
1243	Innocentius IV. Genuen. an. 11. m. 5. d. 14.			Iacobus à Vitriaco.
1245				Edmundus Canthutar. Innocentius. Alexãder de Hales.
1254	Alexander IV. Anagninus, an. 6. m. 5. d 5.			Hugo de S. Caro. Humbertus.
1261	Vrbanus IV. Gallus, ann 3. m. 1. d. 4.	Imperium vacat ann. 28	Michael Paleologus, an. 33	Matthęus Parisiensis. Martinus Polonus.
1265	Clemens IV. Gallus, ann. 3. m. 9. d. 25. vacat Sedes an. 2. m. 9.			Vincentius Bellouac. Guido Papa. Robertus Sorbona.
1271	Gregorius X. Mediolanen an. 4. m. 4. d. 10.			Albertus magnus. S. Thomas. S. Bonauentura.
1273		Rodolphus, ann.		Henricus Sterо. Vdalricus Argentin.
1274				

Hæresiarcha.	Varia.
non ſolum concionibus, ſed etiam armis Eccleſiam diu vexauerunt. Errores eorum recenſet S. Antoninus in Summa Theologica, p. 4. tit. 11. cap. 7. quod videlicet ponerent duo principia coæterna, vnum bonum, alterum malum, more Manichæorum: & alia id genus. Vide S. Antoninum in Summa hiſtoriali 3. par. tit. 19. cap. 1.	Ordo Sylueſtrinorũ confirmatur ab Innoc. IV. anno 1248.
	Concilium generale Lugdunenſe primũ, ſub Innocentio IV. in quo deponitur Fridericus Imperator, & decernitur expeditio pro terra ſancta recuperanda.
Gulielmus de S. amore Doctor Pariſienſis tempore Alexandri Papæ IV. odio religioſorum mendicantium, docuit illicitum eſſe omnia relinquere, niſi quis cogatur. Quod idem Deſiderius Longobardus docuit, & addidit, non eſſe licitum inſtituere, vel ingredi ordinem religioſum, qui non habeat poſſeſſiones, ſaltem in communi.	Ordo Eremitarum S. Auguſtini ab Alexandro IV. reducitur ad vnum, & eundem habitum, qui hodie eſt in vſu.
Scripſerunt contra hanc hæreſim S. Thomas in opuſculo contra impugnantes Religionem, & S. Bonauentura in opuſculis varijs.	Albigenſium ad centum millia vincuntur, diuino miraculo, ab octo millibus Catholicorum, Duce Simone Comite Montis fortis. Æmilius 6. lib. hiſtor. Francorum.
	Concilium generale, Lugdunenſe ſecundum, ſub Greg. X. pro vnione Græcorum cum Latinis.

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperat. Occid.*	*Imperat. Orient.*	*Reges Turcarum.*
1276	Innocentius V. Gallus, Ord. Prædic. men.5. Hadrianus V. Genuen. d.19. Ioannes X X. Luſitanus, men.8. d.8.			
1277	Nicolaus III. Romanus, ann. 2. m.8.d.29.			
1281	Martinus I I. dictus I V. Gallus, an.4.m.1.			
1285	Honorius IV. Romanus, ann. 2. d.14.			
1288	Nicolaus IV. Ordinis Min.an.4. m.1.d.14.			
1294	Cæleſtinus V. Sãnis, m.5. d.17. Bonifacius VIII. Anagninus, an. 8.m.9.d.18.	Aſtaulphus, ann. 6	Andronicus, an.40	

Scriptores.	Hæreſiarchæ.	Varia.
Petrus de Tarantaſia. Rupertus de Ruffia.	*Fraticelli auctore quodam Hermanno cum Dulcitio Nouarienſi, hæreſim ſuam inchoarunt, docentes auctoritatem Rom. Eccleſiæ ceſſaſſe propter malitiam Prælatorum: ſe ſolos eſſe veram Eccleſiam, & perfectos, vt erant Apoſtoli: ſe nulli debere obedire, & quod ſecta ipſorum ſit immediatè à Chriſto: quod omnes Pontifices à tempore ſancti Silueſtri fuerint prauaricatores, excepto Cæleſtino V. Hæc & ſimilia damnauit Bonifac. VIII. vide Nauclerũ generat 44. & Ioan. de Turrecremata l. 4. ſumma par. 2. cap. 37.*	Mirum, cur iſte, Ioannes Papa dici voluerit xxj. cũ nullus præceſſerit xx.
Guido Archidiac. Gulielmus Durantes. Ægidius Romanus. Raymundus Lullius. Richardus de media villa. Henricus de Gandauo. Dinus Mugellanus. Io. Pariſienſis. Io. Scotus.		Cæleſtinus Papa, raro exemplo, dimiſſa ſponte ſumma dignitate, ad monaſterium redijt.
		Ordo Cæleſtinorum.

Anni Dñi.	Pontifices.	Imperat. Occid.	Imperat. Orient.	Reges Turcarum.
1299		Albertus ann. 10		
1300				Othomannus, an. 28
1303	Benedictus X. dictus XI. Tarui-sinus, Ordinis Prædicatorum, men. 8. d. 6. vacat Sedes men. 11.			
1305	Clemens V. Gallus, ann. 8. m. 10 d. 16. vacat Sedes ann. 2.			
1309		Henricus VII. an. 5		
1311				
1315		Ludouicus IV. ann. 33		
1316	Ioannes XXI. dictus XXII. ann. 18. m. 3. d. 18			

Digitized by Google

Scriptores.	Hæreſiarchæ.	Varia.
Auguſtinus de Ancona. Barlaamus Hieracenſis. Nicephorus Calliſtus. Eberardus. Petrus Aureolus. Antonius Andreas. Pelagius Aluarus. Durandus Heruæus. Franciſcus Maironis. Gulielmus OKan. Monaldus. Nicolaus de Lyra. Nicephorus Gregoras. Petrus de Paludè. Io. Villanus.	*Begardi, & Beghinæ, auctore Bogonato (erant autem Begardi, Monachi, & Beghinæ, Moniales, ſed abſque votis) docebant, hominem poſſe in hac vita fieri impeccabilem: & non teneri amplius ad ieiunia, vel orationem: & in gratia creſcere non poſſe, & alia id genus. Vide Aluarum de planctu Eccleſiæ lib. 2. c. 52. & Ioan. de Turrecremata lib. 4. par. 2. cap. 36.*	Ordo Seruorum B. Mariæ.
		Hoc anno incipit Iubilæum, centeſimo quoque anno celebrandum.
		Hic Pontifex tranſtulit ſedem Apoſtolicam in Galliam, vbi manſit annis circiter ſeptuaginta.
	Lollardus Gualterus docuit Luciferum iniuſtè à Deo damnatum, vt teſtatur Trithemius in chronico anni 1315. vbi alios etiam errores.	Concilium generale Viennenſe, ſub Clemente V. in quo deletus fuit Ordo Templariorum,
		Anno 1327. opera Ludouici Imp. ſchiſma 22. factum eſt Nicolai Antipapæ contra Ioannem.

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperat. Occid.*	*Imperat. Orient.*	*Reges Turcarum.*
1328				Orchanes ann. 22
1334	Benedictus XI. dictus XII. Gallus, ann. 7. m. 4.		Andronicus Iunior ann. 14	
1342	Clemens VI. Gallus, ann. 10. m. 7.			
1348		Carolus IV. ann. 32	Calo Ioannes, an. 30	
1350				Sulaimanes, & mox Amorathes an. 23
1352	Innocentius VI. Gallus, an. 9. m. 8. d. 26.			
1362	Vrbanus V. Gallus, ann. 8. m. 2. d. 23.			
1371	Gregorius XI. Gallus, an. 7. m. 6. d. 5.			

Digitized by Google

Scriptores.	Hæresiarchæ.	Varia.
Guido Carmelita. Astesanus. Adam Goddam. Landulphus. Lupoldus. Io. Andreas. Bartolomæus Pisanus. Io. Calderinus. Io. de Bachone. Albericus. Simon de Cassia. Henricus Suso. Robertus Olkot. Gregor. de Arimino	*Marsilius de Padua, & Io. de Ianduno multos errores docuerunt, quos damnauit Ioannes xxij. in Extrauaganti, quæ incipit, Licet iuxta doctrinam. Summa errorum est, quod sanctus Petrus non fuerit caput Ecclesiæ, & quod Christus soluerit dydrachma necessitate coactus, non ex condescensione.*	Ordo equitum Christi in Lusitania incipit. Anno 1350. Clemens Papa reuocat Iubilæum ad annum quinquagesimum. Ordo Iesuatorum, auctore B. Ioanne Columbino Senense. Gregorius Papa reducit sedem ad Vrbem.
	Flagellantes orti quidem sunt in Italia, sed in Germania maximè propagati. Docebant, non posse saluari eos, qui non se baptizarent in proprio sanguine, flagellantes se nodosis funibus: sacramenta, & cetera opera bona contemnebant. Purgatorium	

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperat. Occid.*	*Imperat. Orient.*	*Reges Turcarum.*
1373				Baiazetes ann.25
1378	Vrbanus VI. Neapolitanus, ann.11. men.6.d,5		Manuel, ann. 2	
1380		Vēceslaus ann. 32	Andronicus III. ann. 39	
1389	Bonifacius IV. Neapolitanus, an. 14 m.11			
1398				Ioſue ann.4
1402		Robertus ann. 10		Mulſumanes ann. 2
1404	Innocent.VII.Sulmonen. an.2.d.21			Moſes an.2
1406	Gregorius XII. Venetus,an.8 m.7. dies 5			Maometh, an. 13
1409	Alexander V.Cretenſis,m.10.viuente Gregorio XII.			

Digitized by Google

Scriptores.	Hæreſiarchæ.	Varia.
Thom. de Argentina. Franc. Petrarcha. Armachanus. Nicolaus Cabaſila. Nicolaus Gorram. Io. Taulerus. Alphonſus Vargas. Manuel Caleca. Io. Rusbrochius. Henricus de Haſſia. Petrus de Ancharano. Antonius de Butrio. Io. Capreolus. S. Vincentius. Franc. Zabarella. Petrus ab Alliaco.	*torium in alia vita eſſe negabant. Denique plurimis erroribus laborabant. Vide Bernardnm Lutzemburgenſem in Catalogo hæreſum, & Nicolaum Sanderum de viſibili monarchia Eccleſiæ.*	Ordo Montis Olivueti.
	Ioannes VViclephus Anglus anno 1372. hæreſim perniciosiſſimam docere cœpit: de qua vide Concilium Conſtantienſe ſeſſ. 8. & Ioannem Cochleum in hiſtoria Huſsitarum lib. 3.	Schiſma 23. omnium grauiſſimum, & longiſſimum, Clementis Antipapę cõtra Vrbanum VI. Nã Clementi ſucceſſit in ſchiſmate Benedictus XIII. cui ſchiſmati volens Concilium Piſanum remedium adhibere, illud auxit, creato Alexandro V. inde enim tres Pontifices ſimul ſedebant: Gregor. XII. Benedictus XIII. & Alexander V. & paulo poſt, Ioan. XXIII.
	Ioannes Hus Boemus ex lib. VViclephi hæreſes hauſit & propagauit in Bohemia. Errores eius referuntur, & damnantur in Conſtantienſi ſeſſ. 15. Vide de hac hæreſi, quæ adhuc	

Digitized by Google

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperat. Occid.*	*Imperat. Orient.*	*Reges Turcarum.*
1410	Ioan. XXII. dict. XXIII. Neapolitanus, an. 5. d. 15. viuente Greg. xij.			
1412		Sigismundus an. 27		
1417	Martinus III. dictus V. Romanus, ann. 13. m. 3. d. 10			
1419			Io. Paleologus a. 28	Amorates Iunior, ann. 23
1431	Eugenius IV. Venetus, ann. 15. m. 11. dies 21			
1440		Albertus Iunior an. 2.		
1441		Fridericus III. an. 54.		
1447	Nicol. V. Lunensis, ann. 8. d. 19		Constantinus XI. ann. 6	Mustapha, ann. 3

Digitized by Google

Scriptores.	Hæreſiarchæ.	Varia.
Io. Gerſon. Thomas Valdenſis. Auguſtinus de Roma. Ioannes de Imola. Io. de Ananiâ. Io. de Raguſâ. Henricus Kalteiſen. S. Bernardinus Senenſis. Io. de Capriſtrano. Io. de Polemar. Alphonſus Toſtatus. Flauius Blõdus. Nicolaus Abbas Panormitanus. 8. Antoninus Florentinus. Aeneas Siluius.	*adhuc viget, hiſtoriam Io Cochlei, & Aeneam Syluium in lib. de origine Boemorum cap. 35.* *Huſsitæ diuiduntur in varias ſectas. Alij enim dicuntur, Orebitæ. Alij Thaboritæ. Alij Orphani. Alij Adamitæ, ſiue Pichardi, auctore quodam Callo, qui dicebatur Pichardus, & Bohemos multos ſeduxit, dicens, ſe eſſe filium Dei, & vocari Adamum. Vide Aeneam Syluium de origine Bohemorum, cap. 40. 41. 43. & 47.*	Ordo S. Hieronymi. Ordo Scopetinorũ. Ordo ſancti Georgij de Algâ. Concilium generale Conſtantienſe, pro ſchiſmate tollendo, in quo Gregorius XII. abdicauit ſponte, idem paulo poſt fecit Ioan. xxiij. Benedictus fuit depoſitus, ſed noluit dimittere prætenſam dignitatem. Schiſma 25. Clementis Antipapę cõtra Martinum V. mortuo Benedicto XIII. anno 1424. Schiſma 26. Felicis Antipapæ contra Eugenium IV. ann. 1439.

Digitized by Google

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperatores Occid.*	*Reges Turcarum.*
1452			Maumethus Rex Turcarum euerſo Imperio Orientali, ann. 28
1455	Calliſtus III. Hiſpanus, ann. 3. men. 4		
1458	Pius II. Senenſis, ann. 5. men. 11. d. 27.		
1464	Paulus II. Venetus, ann. 6. men. 10 dies 26		
1471	Sixtus IV. Sauonen. ann. 10. d. 4		
1480			Baiazethes, an. 32
1484	Innocent. VIII. Genuenſis, ann. 7. men. 10. dies 27		
1492	Alexander VI. Hiſpanus, ann. 11. men. 8		
1494		Maximilianus, ann. 26	

Digitized by Google

Scriptores.	*Hæreſiarchæ.*	*Varia.*
Io. de Turrecrem. Beſſarion. Andreas Barbatius. Georgius Scholarius. Laonicus. Io. Baſſolius. B. Laurentius Iuſtinianus. Ioſephus Methon. Greg. Protoſincellus. Nicolaus de Cuſa. Dion. Carth. Th. de Kemp. Henr. Harph. Alex. Delm. Bapt. Plat. Ambr. Can. Gabriel Biel. Marſilius ab Ingen. Io. Picus. Iacobus de Valentia. Marſilius Ficinus.	*Hermannus Riſſuich natione Batauus, tempore Alexandri VI, docuit, animam mori cum corpore: nullum eſſe Infernum: Chriſtum fuiſſe ſtultum: fidem noſtram eſſe fabuloſam: Euangelium falſum. Bernardus Lutzemburgenſis in catalogo hæreticorum.* *Martinus Lutherus Germanus hæreſiarcha, & Pater*	Concil. gen. Florentinum, ſub Eugenio IV. pro vnione Græcorum cum Latinis. Conſtantinopolis capitur à Turcis an. 1452. in ipſis ferijs Pentecoſtes; ſic Deo vlciſcente perfidiam Græcorũ circa proceſſionẽ Spiritus ſancti à Patre, & Filio. Ordo Minimorum auctore S. Franciſco de Paula. Sixtus IV. reuocat Iubilæum ad ann. 25. Hic Hermannus videtur fuiſſe omnium hæreticorum perditiſſimus, & ſtultiſſimus, quippe, qui cũ doceret, animum mori cum corpore: tamen maluit viuus exuri, quam ſuam hæreſim reuocare.

Digitized by Google

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperat. Occid.*	*Tyran. Orient.*	*Scriptores.*
1503	Pius III. Senenſis, dies 26			Cyp. Benet. Robertus Gaguinus.
1503	Iulius II. Sauonen. ann. 9 men. 3			M. Anton. Sabellicus. Iacobus Philippus Berg.
1512			Selimus ann. 8	Io. Naueler. Albertus Krantzius.
1513	Leo X. Florentinus, ann 8. men. 3. dies 20			Felin. Sande⁹ Iacob. VVimphel. Ant. Bonfin.
1520		Carolus V. ann. 38	Solimanus ann. 46	Hect. Boet. Tho. Caiet. Iac. Almai. Franciſcus Ferrarienſis.
1522	Hadrianus VI. Belga, ann. 1. m. 8. dies 6			Io. Franciſcus Picus. Io. Tabienſ. Io. Maior. Hadrian. vj.
1523	Clemens VII. Florentinus, an. 10. men. 10			Syluester Prieras. Io. Roffenſ. Tho. Morus.
1534	Paulus III. Romanus, ann. 15. d. 25			Io. Echius. Io. Faber. Io. Cochlęus.

Hæreſiarchæ.	*Varia.*
ter hæreſiarcharum ann. Domini 1517. *perturbare cœpit Eccleſiam, & perturbauit vſque ad annum* 1546. *in quo miſerè obijt. Docuit errores plurimos. Sed præcipui ſunt, hominem ſola fide iuſtificari: liberum arbitrium periſſe per peccatum. Papam eſſe Antichriſtum: in Euchariſtia remanere ſubſtantiam panis cum corpore Chriſti. Indulgentias nihil valere: non eſſe Purgatorium: per Sacramenta non dari gratiam, peccata cum remittuntur, non deleri, ſed non imputari, & alia id genus multa. Vide Ioannem Cochlæum in libro de actis, & ſcriptis Martini Lutheri.*	Concilium generale Lateranenſe quintũ inchoatur ſub Iulio ann. 1511. & abſoluitur ſub Leone anno 1518.
	Equitibus Rhodienſibus fortiſſimè reſiſtentibus, Rhodus Inſula capitur, non ſine magna Clade Turcarum.
Andreas Caroloſtadius, qui primus ex diſcipulis Lutheri vxorem publicè duxit, cum eſſet Sacerdos, & cum eo Huldricus Zuinglius, & Ioannes OEcolampadius ſacramentariã hæreſim inchoarunt, ann. 1516. *docentes, in Euchariſtia non eſſe corpus Chriſti, niſi in ſigno; & addiderunt, Imagines Chriſti; & Sanctorum eſſe confringendas. Vide Io. Cochleum in libro de actis Lutheri anno* 1526.	Ordo Clericorum Regularium cõfirmatur à Clemente VII. anno 1524.. Ordo Capucinorum ab eodẽ 1530
	Ordo Clericorum ſancti Pauli, ab eodem anno 1533.
Balthaſſar Pacimontanus, & Bernardus Rothmannus ſectam Anabaptiſtarum inſtituerunt ann. 1527. *quæ etiam proles Lutheraniſmi eſt, & in varias ſectas diuiſa. Docent hi, non eſſe paruulos baptizandos, & ſi baptizati fuerint, iterum eſſe baptizandos*	Henricus VIII. Rex Angliæ anno 1535. ab Eccleſia Catholica deficiẽs caput Eccleſiæ Annæ

Digitized by Google

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperat. Occid.*	*Tyran. Orient.*	*Scriptores.*
				Iacobus Latomus. Io. Dried. Franciſcus Victoria. Ambroſius Catharin. Dom. à Soto. Martinus Nauarrus.
1540				
1545				
1550	Iulius III. Aretinus, ann. 5. m. 1. d. 16.			
1555	Marcellus II. Politianus, dies 22. Paulus IV. Neapolit. an. 5. m. 2. d. 27.			

Digitized by Google

Hæresiarchæ.	Varia.
dos quando adulti erunt. Alios plurimos errores docent, de quibus vide Io. Cochlæum de actis Lutheri ann. 1527. & Card. Hosium lib. 1. de hæres. nostri temporis.	glicanæ dici voluit: & repugnantes Ioannem Rossensem, & Thomam Morum cum aliis multis occidit.
Philippus Melanchton Lutheri discipulus Confessionem Augustanam composuit ann. 1530. vnde Confessionistæ, & molles Lutherani dicti sunt, qui eam sequuntur. Multos habent errores, vt quod partes pœnitentiæ sint duæ tantum, contritio, & fides, id est, terrores conscientiæ, & fides, qua credimus per Christum nobis remissa esse peccata. Vide Cochlæum in lib. de act. Lutheri.	Anno 1540. Ordo Societatis IESV auctore B. Ignatio Loyola, confirmatur à Paulo III.
Ioannes Caluinus Nouiodunensis Zuinglij discipulus, contempto magistro propriam familiam instituit ann. 1538. docuit, filios baptizatorum nasci sanctos: gratiam semel habitam non posse amitti: omnes veros fideles esse prædestinatos: hæc, & his similia habentur in libris quatuor institutionis. Obijt ann. 1567. morbo pediculari, teste Surio in historia ad hunc annum, & blasphemans, ac desperans, teste Hieronymo Balseco in eius vita.	Concilium Tridentinum generale inchoatur anno 1545.
Michael Seruetus Hispanus cum esset annorum 25. summum se orbis prophetam esse iactabat. Scripsit autem libros septem de erroribus Trinitatis. in quibus docuit, nullam esse in Deo realem generationem: non esse in Deo	Regnum Angliæ sub Iulio Pontifice, & Maria Regina Angliæ, ad Ecclesiæ vnitatem redit: sed post paucos ann. sub Elisabetha Regina hæretica iterum ad schisma, & hæresim reuertitur.

Digitized by Google

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperatores Occid.*	*Tyranni Orientis.*
1555	Marcellus II. Politianus, d. 22 Paulus IV. Neapolitanus, ann. 3. m. 2. d. 27		
1558		Ferdinandus ann. 6	
1560	Pius IV. Mediolanenſis, an. 5. m. 2. dies 15		
1563			
1564		Maximilianus Iunior, ann. 12	
1566	Pius V. Ligur. Ordinis Prædicatorum, ann. 6. m. 3. dies 24		Selimus Iunior ann. 8

Digitized by Google

Hæresiarchæ.	Varia.
Deo personalem distinctionem: non debere homines baptizari, nisi anno 30. tandem anno 1555. ab ipso Caluino Geneuræ igni traditus est. Vide Io. Cochlæum de actis Lutheri ad annum 1532. & Surium in historia eiusdem anni.	
Dauid Georgius Delphis in Batauia natus, prædicauit se esse eximium Prophetarum, & Filium Dei Christo Iesu maiorem, & anno tertio post mortem resurrecturum, & Regnum Israel restituturum. Sed iam anni circiter sexaginta ab eius obitu præterierunt, & nondum surrexit, neque resurget, nisi in die nouissimo cum alijs impostoribus gehenna æternis ignibus cruciandus. Vide totam historiam apud Surium in historia anni 1555.	Caluinistæ sub nomine Hugonottorum Regnum Galliæ infestare incipiunt ann. Domini 1500.
Gaspar Suuenchfeldius, vnus ex confessionistis propria dogmata adinuenit, Humanam Christi naturam post ascensionem in diuinam esse mutatam: & solo spiritu contentos nos esse debere, vocale verbum, tamquam occidentem litteram esse reijciendum. Vide Fridericum Staphilum in lib. de concordia Lutheranorum.	Concilium Tridentinum generale concluditur sub Pio IV. ann. 1563. Melita insula summa vi à Turcis oppugnatur, sed maiore virtute à Christianis defenditur.
Andreas Osiander, vnus ex confessionistis, sed propter nouas hæreses, ipsis etiam confessionistis hæreticus, docuit Charitatem, & Iustitiam, & Sapientiam quibus homo iustus,	Caluinistæ sub nomine Gensæorum, id est, vilium personarum Belgium tumultibus replere incipiunt, anno 1566.

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperatores. Occid.*	*Tyran. Orient.*
1571			
1572	Gregorius XIII. Bononien. ann. 12. m 10. d 27.		
1574			Amurates III. ann. 20
1577		Rodulphus II. ann. 35	
1585	Sixtus V. Picenus Ord. Min. an. 5. m. 4.		
1590	Vrbanus VII. Romanus, d. 12.		
1590	Gregorius XIV. Mediolan. men. 10. d. 10.		
1591	Innocentius IX. Bononien. m. 2.		

Digitized by Google

Hæreſiarchæ.

iuſtus, & ſapiens eſt, eſſe ipſam Dei eſſentiam: & Chriſtum iuſtificare homines ſolum iuxta naturam diuinam. Vide Fridericum loco citato: & Surium in hiſtoria anni 1551.

Io. Brentius non minimus inter confeſſioniſtas, docuit, Chriſti humanitatem ab ipſa Incarnatione, ſemper fuiſſe vbique. Vnde nati ſunt Vbiquiſtæ, aduerſus quos acriter diu pugnarunt Theodor. Beza, & alij. Vide Surium in hiſtoria anni 1564.

Matthias Flaccius Illyricus auctor præcipuus hiſtoriæ centuriatæ Magdeburgenſis, & Lutheranorum rigidorum Pater, præter alia ſtultiſſima dogmata, docuit peccatum originale eſſe ſubſtantiam. Vide in noſtris controuerſijs lib. 5. de amiſſione gratiæ cap. 1.

Libertini auctore quodam Quintino Piccardo, docent, licitum eſſe ſimulare, & diſſimulare fidem, & religionem, & cum omnibus communicare: vnum eſſe tantum ſpiritum immortalem; Angelos, & animas hominum non eſſe immortales: Chriſtum non vere obijſſe in cruce, ſed opinione tantum, Alia multa docent, ſed clam, & inter ſe. Quorum non alium auctorem habeo, niſi Ioannem Caluinum, hæreſiarcham, in libro contra Libertinos, vbi dicit, ſibi notum eſſe, multa millia eſſe in hac ſecta.

Varia.

Hoc anno 1571 ingens victoria, naualis de Turcarum claſſe à Chriſtianis reportata, eſt, cum ſancto fœdere iuncti eſſet Pius V. Papa, Philippus II. Rex, & Reip. Venetorum.

Anno 1572. menſe Nouembris apparuit noua ſtella miræ pulchritudinis in ſigno Caſſiopeia, & durauit vltra annum, & paulatim minui cœpit, donec euaneſceret.

Ordo Clericorum Minorum, Sixto V. confirmatur anno 1588.

Ordo Miniſtrantium infirmis, cõfirmatur a Gregorio XIV. an. 1591.

Anni Dñi.	*Pontifices.*	*Imperat. Occid.*	*Tyran. Orient.*
1592	Clemens VIII. Florentinus, ann. 12. men. 1. d. 3		
1595			Maumethus III. ann. 8
1603			Amath, ann. 16
1605	Leo XI. Florentinus, d. 26		
1605	Paulus V. Romanus, ann. 15. m. 8. dies 11.		
1612		Matthias ann. 7	
1619			Othomannus II.
1620		Ferdinandus II.	
1621	Gregorius XV. Bononien.		

Digitized by Google

Hæreſiarchæ.

Valentinus Gentilis, patria Cõſantinus an. 1558 Arianiſmum renouans docere cœpit, tres perſonas diuinas eſſe tres ſpiritus æternos, eſſentiali numero differentes: ſed Patrem eſſe maiorem filio, & Spiritu ſancto. Ob quam hæreſim ab ipſis hæreticis Berna capite plexus eſt, extat hæc hiſtoria apud Benedictum Aretium, auctorẽ damnatum, quem citamus, quia alios non habemus.

Franciſcus Dauid cum cæteris miniſtris Tranſiluanis, nouis Samoſatenis, & Ebionitis: docent, ſolum Patrem eſſe Deum verum; Filium, & Spiritum ſanctum eſſe virtutes Dei, non diſtinctas à Patre perſona, vel relatione, vel eſſentia. Chriſtum eſſe purum hominem, ſed dici Verbũ Dei, quia verba Dei annunciauit, quomodo, Io. Baptiſta dicitur vox. Vide, ſi placet, in noſtris controuerſijs, lib. 1. de Chriſto cap. 1. & 2.

Varia.

Clemens VIII. Henricum IV. Galliarum Regem fidelium communioni, ac S.R.E. obedientem reddit. Henricum ipſum arma in Italiam inferentem, cum Philippo III. Hiſpaniarum Rege fœdere iungit, pacem per Petrum Card. Aldobrandinum in Gallias Legatum firmat.

Ferrariam à Cæſare Eſtenſi Duce, ad priſtinam Eccleſiæ ditionem, Imperiumque reuocat.

Aduenas, ac peregrinos comiter hoſpitaliterque recipit, pauperes menſa admittit. Chriſti etiam Domini exemplum imitatus, anno Iubilæi pedes lauat, eò maius ex humili cultu conſequutus decus, quò excelſior Pontifex, ac Princeps fuit.

Paulus V. Baſilicæ S. Petri in Vaticano, cui Iulius II. fundamenta iecerat, cæterique Pontifices per centum, & amplius annorum ſpacium ædificando proſequuti fuerant, magnificum aſpectum addendo, ſupra centeſimum annum operi ſupremum lapidem imponit.

Anno 1621. Gregorius XV. Conſtitutionem edit, qua dum Romanorum Pontif. electionem per ſecreta ſuffragia celebrandam fore ſancit, libera eligentium vota reddit.

Digitized by Google

Varia.

Bohemia ab Auſtriacis deficit, Comitemq. Palatinum Rheni in Regem adſciſcit, mox Ferdinandi Cæſaris armis Palatino propulſo, Regnum ſubactum. Nec ea victoria pax fuit, ſed rurſus acriora exarſere in Germania bella.

Anno 1621. Othomanus Turcarum Rex iuuenis ferocis ingenij, ingentes copias armat, ſupra centum millia militum ducit; eo exercitu inſtructus, Poloniæ fines ingreditur, ſed magna ſuorum cæde, Sigiſmundi III. Poloniæ Regis ſtrenua virtute depellitur.

FINIS.

ROMÆ,
Apud Hæredem Bartholomæi Zannetti. 1622.

Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

IN HISTORIAS A PRIMORDIO ECCLESIÆ AD GREGORIVM PAPAM XV.

Præfatio.

ECCLESIAE initia, incremẽtaque haud ſatis ſcio ſublimiora magis, an ſalubriora: quippe ambigas res ipſa, an rei modus admirabilior. Infirma mundi elegit Deus, vt confringat, cõfundatq. fortia: non Principum opibus, non oratorum facundia, non gentium agmine. duodecim ex humili erexit plebe, qui mandata in omnes Terrarũ deferrent oras, mortales cæleſtibus imbuerent arcanis, vniuerſo Orbi legem imponerent; Principum mi-

nis increpati, gentium execrationibus inſectati, hoſtili ferro oppugnati, non expugnati, non eliminati, non retardati perſtitère, perfecère ad quod delegabãtur opus. Non minora proximis ætatibus ſubſequuta. acriùs ſæuitum; maiori impetu Nero Romanorum primus, tum Domitianus, cæteriq. Principes inermem gentem ferro eliminare moliuntur: irrito manente conatu, quò plures ferro interempti cadebant, eò plures fidem amplexi ſurgebant; propagabaturq. ſanguine, quæ ſanguine parta erat fides. Parem in viris, ac mulieribus aduerſus hoſtilem impetum conſtantiam cerneres: omnis ſexus, omnis ætas pugnando ad coronã anhelat. Trecentum fermè annos hoſtilis graſſatus impetus; totidem annos inuicta perſtitère fide: Tùm maximè vincebant, cùm fide interempti cadebant. Inuenit tandem conſtantia fidem, ſubegitq. dominatricem gentium vrbem Romam. Ibi Imperij, religioniſq. arce per Pontifices conſtituta, mira, varia euenère: Romanus Pontifex Terrarum protinus, Cælorumq. arbiter enituit. Conſtantinus primus, tùm cæteri Orbi imperantes eius ſe Imperio ſubiecère; magiſq. parendo, quàm imperando profe-

Digitized by Google

profeciſſe protinus agnouerunt. nunquam Conſtantinus ſublimior, quàm dùm erga Silueſtrum humilior. Tùm maximè Tyrannos Romanum inuadentes Imperium deiecit, cùm ſeipſum fidei ſubiecit: Maxentios, Maximianos, Licinios acerrimo dimicantes prælio tùm eliminauit, cùm ſeipſum fidei ſubiugauit. Inde ingentia eius in Romanam Eccleſiam beneficia; nec modò regijs Baſilicis, regio penè ſplendore ſacra decorari voluit, ſed vrbem quoque Romam, magnam Italiæ partem Pontifici ſubijciendo, Pontificum mirum in modum erexit decus. Illud verò protinus comprimere infidi hoſtes moliti: ſeu vrbs ſuperſtitioni adhuc magna ex parte obnoxia: ſeù qui mox longè degeneres Conſtantius, ac Iulianus imperarunt, piam largitatem auerſati, Pontifices vel non accepère, vel protinus ex ea dominatione deiecerunt. Poſt multas demũ ætates cùm ad barbaras gentes Italiæ deueniſſet Regnum, barbaris inuaſoribus eliminatis antiquo iuri, legitimæ dominationi locus patefactus, Aiſtulpho, ac Deſiderio Longobardorum Regibus deuictis, inſigni fortitudine, pari pietate Pipinus, mox Carolus magnus filius Roma-

nos Pontifices in priſtinum ius, dominationemq. reſtituère. Piam Patris largitatem Ludouicum ex Carolo Magno ad magna enatum germen proſequutum, vtriuſque Siciliæ Regnum, adiacenteſq. Inſulas Corſicam, ac Sardiniam Pontificiæ ditioni firmaſſe Leo Oſtienſis eſt aùthor. Id verò Otho Imperator ratum firmumq. dum eſſe voluit, literis aureis Romani in Romana arce conſcripto diplomate, rei geſtæ monumentum aſſeruauère. Fuit priſca illa ætas ita largitatis, vt hodie cupiditatis ferax. Principes libentiùs tum ſua Eccleſiæ erogabant, quàm hodie pleriq. aliena inuadere nituntur; magiſq. piè elargiendo, quàm per iniuriam rapiendo eorum excreuère opes.

Longum eſſet recensère vrbes, Prouinciaſq. innumeras, quas vectigales conſtituentes cenſu perſoluto Rom. Eccleſiæ addixère: Non Anglia, non Saxonia, non Polonia, non Pannonia, non Luſitania, non Dania, non Bohemia, non Croatia, non Dalmatia, non Hibernia, non Armenia eo vectigali immunes. Angliam Rex Ina anno ſalutis 740. vectigalem conſtituit, perdurauitq. vſque ad Patrum noſtrorum memoriam perſoluto cenſu pia largitas: eadem

Anglia S. R. E. vectigalis ex Scriptoribus in vita Greg. Papę III. ſingulæ familiæ denariũ ſingulis annis perſoluebãt ex Polidoro Virgilio, qui fuit quæſtor in eo Regno.

dem ætate Saxoniam Carolus magnus, haud longè poſt Pannoniã Stephanus Rex: pari largitate, pari pietate Suenus, ac Vladiſlaus Reges, ille Daniam, hic Boemiam ſubiecère: nec à vectigali Croatiam, ac Dalmatiam, Demetrius Dux, Luſitaniam Alphonſus, Hiberniam Henricus, Armeniam Leo Reges ſolutas eſſe voluere. Eodem cultu, eadem beneficentia Polonos, vbi primùm Euangelij illuxit eis nuncium, ſe geſſiſſe, Luithprandus ſcribit: nec Hiſpanias inferioribus opibus, Romanam Eccleſiam coluiſſe, ac fouiſſe, Gregorius Papa vij. eſt auctor: ſcribit certè à Berengario Barchinonenſi Comite auro, argentoq. in vrbem tranſmiſſo, vectigal Vrbano IV. Papæ perſolutũ. Nec ſeruitutis vectigal illud fuit: nunquàm aliàs libertate ſe magis frui ſenſerunt, quàm dum Eccleſiam vti matrem largitate fouerunt. nunquàm magis ditiores, quàm cùm in Eccleſiam profuſiores.

Varia deinde, proſpera, vel aduerſa ſubſequuta: nec ſatis ſcio ſecundis rebus magis, an aduerſis, Eccleſiæ ſe erexerit decus. Poſt tranſlatum ex oriente in occidentem ad Germanos Principes Imperium, nunquàm acriùs, quàm à Friderico Aenobar-

Saxonia perſoluebat 1200. argenti libras, ex Baron ad annũ Domini 782.

Pannonia. vectigalis ex epi. Greg. PP. VII.

Polonia ex Luithpr.

Dania ex lib. Cenſuũ qui aſſeruatur in Archiu. Vatic.

Boemia ex ep. Greg. PP. VII.

Croatia, & Dalmatia ſedente Greg. PP. VII. ducẽtũ annuos Byzantios ſe ſoluturas conſtituère. ex lib. Cenſuum manuſcrip.

Luſitania libras auri quatuor. ex epiſt. Innoc. PP. III.

Hibernia vectigalis ex Scriptoribus in vita Adriani PP. IV.

Armenia ex Arnoldoin Chronico, quem refert Baron. ad annum Domini 1197.

bo Pontifices vexati, nunquàm aliàs magis elati: acri obsidione Romam cinxerat, magnam vrbis partem ferro, flammisq. deuastarat, Alexandrum III. è Pontificia deturbarat sede: atroci schismate Ecclesiam diuiserat: Victorem, mox eo vita functo, Paschalem adulterinos Pontifices inuexerat, foueratq. post acre xviij. annorū diffidium, non tam aduersus hominem, quàm aduersus Deum, bellum se gerere tandem intelligēs, Imperatoria chlamyde, regioq. abiecto ornatu, adorabundus ad Alexandri pedes prolapsus, Venetijs in magno procerum, Principumque consessu: facinus detestatus supplex veniam orat, eiusq. quem superbè erat aspernatus, tandem pedes humiliter est osculatus. Lucius II. dum Senatotes supra Pontifices se extollentes infringit, Romanos effrenata dominandi libidine rebellantes persensit, Pontificem verò ad extremum vsque exitium insectati, lapidibus conflictatum extinxère. At tum quod ciues detrectauère Imperium, læti, libentesq. exteri, remotiq. Principes acceperunt. Alphonsus Lusitaniæ Rex, se suaq. omnia Romanæ Ecclesiæ subijcit, Regnumq. vectigale constituit. extat tantæ rei in Vatica-

na

na Bibliotheca à Cencio Cardinali Camerario literis conſcriptum monumentum. Quid plura? proximè poſt Pipini, Caroli, Ludouici tempora, fuit ætas, in qua Romana Eccleſia diris agitata procellis, quæ Principum largitate obtinuerat, Berengarius Italiæ Rex per Tyrannidem eripuerat: ad Tuſculi verò, ac Anagniæ Comites, plurimùm opibus, ac factionis potentia in vrbe præpollentes, vrbis dominatio deuenerat. Tum primùm ſacroſancta in deligendis Pontificibus comitia violari cæpta. Inauditum, ac planè nouum irrepſit, vt adoleſcēs, & propè puer, non dum decimum octauum ætatis egreſſus annum, in Pontificia collocaretur Sede. Is Octauianus, qui deinde Ioannes XII. eſt appellatus, Alberici ex Comitum gente Principis filius fuit. Iuueni ea ætate, quæ aptiùs aliena regitur tutela, vniuerſæ Eccleſiæ regimen demandatur. mirum, Ioannes ad Pontificium culmen euectus, aliam induens perſonam, iuuenili robori iunxit ſenile ingenium: cum Othone Imperatore ſociat vires, breui Berengarium deprimit, Romanam Eccleſiam ad priſtinam dominationem, Imperiumq. reuocat. Ita Deus per eum, qui vi, ac Tyrannide in

De Ioanne xij. tradit Baron. ad annum Domini 956. ex Luitprādo, qui ea ætate floruit.

Digitized by Google

Pontificia Sede irrepſerat, Berengarij depreſſit Tyrannidem, qui Romanam Eccleſiam opproſſerat.

Nulla fuit ætas, quæ magna, varia, mirabilia Eccleſiæ non attulerit: at rarò prouenère Scriptorum ingenia, qui vel ea literis demandarent, vel facta verbis æquarent. Quæ à D. Petri obitu ad Conſtantini tempora contigère, ſatis magna, præclara, Diuina magis, quàm humana videntur. Sed eo temporis interuallo acres Neronis, Domitiani, Traiani, Antonini, Seueri, Maximini, Decij, Valeriani, Aureliani, Diocletiani inſectationes Eccleſia perpeſſa: inter hoſtiles furores fidem fateri, crimen; fidei verò certamina literis demãdare, haud impune erat; inde mutila, ac ieiune ad nos deuenère. Non inſcius ſum Euſebium, qui Conſtantini tempore floruit, in hiſtoriam ea conferre aggreſſum, ſed Græcus Græcorum magis, quàm Latinorum res, quæ longè præſtitère, eſt proſequutus. In Arrij etiam partes pronior fuit. infidi proinde viri ſuſpecta fides: ſeruile etiam ingenium Cæſares adulatus oſtendit. Haud longè poſt, Gothorum, cæterarumq. barbararum gentium incurſus varia, magna attulere; at ſi-

cut

cut nouarum, magnarumq. rerum ferax: ita ſcriptorum ſterile ſæculum manſit: ſiluè-re inter armorum ſtrepitus ingenia. nec vl-lus inter barbaros mores ijs artibus, quibus excoluntur, locus. Inde non minor labor ex antiquitatis latebris, ac propè ſilentio ea eruere, quàm eruta temporum ſerie aptè verbis conſtruere. Nuper nonnulli acri ſtu-dio conquiſita, hiſtoriarum magis contro-uerſias conſcribendo, congeſſere; Compi-latores vero, qui in Epitomen redegere, haud potiori loco habendi.

Arduum eſt hiſtoriam conſcribere; nam non modo geſta, ſed quo modo, quoue, conſilio euenerint enarranda: factaq. dictis ſunt exequanda: Eccleſiæ verò res in Hi-ſtoriam conferre, eò difficiliùs, quò ab hu-mano ſenſu remotiùs habentur. Inde haud mirum, ſi res à magnis viris ſæpè tentata, non adhuc abſoluta habeatur. Grandem, & noſtris viribus longè imparem prouin-ciam ſuſcipimus: ſed quia Chriſtianæ Reip. tam magna, tam varia conſcribere ſaluber-rimum; eius freti ope, qui vel infantium lin-guas diſertas reddit, opus aggredimur. Il-lud verò non alij, quàm ſummo Eccleſiæ Rectori, Tibi præcipuè Gregori P. Beatiſs.

qui

qui eas artes, quibus magna excoluntur ingenia, ab adoleſcentia hauſiſti, & ſemper fouiſti, tranſmittendum protinus duxi. Exequi vero dum rem omnium grauiſſimã, in tenuiſſimas vires incidiſſe penſarem, hærebat animus. In ea ancipiti cura Ludouicus Ludouiſius S.R.E. Card. Camerarius, ſicuti genere Beatitudini tuæ coniunctiſſimus, ita virtute, ac animi præſtantia quàm ſimillimus, ſingulari humanitate aditum ad te patefaciendo, ad firmiora conſilia me erexit. Iamq. magnum iter emenſi, Pontificatus, Imperijq. tui primordio, quo læta in omnes terrarum oras illuxit, affulſitq. dies, Eccleſiæ proferre primordia; quæque à Chriſti ortu ad Conſtantini tempora proſpera, vel aduerſa contigerint, enarrare, eademq. cum noſtræ ætatis moribus conferre ſubit animus. Quòd ſi deguſtando cæptis non abnueris, lætis auſpicijs cætera proſequar: quæq. tot annorum ſæculis ingentibus voluminibus congeſta vagantur, exiguo libri vnius volumine digeſta, Deo opitulante, cõplectar. Nec ea altiſſimæ ſapientiæ tuæ, tam cognoſcenda tranſmitto, quàm ſi neceſſe fuerit, corrigenda, P. Beatiſſime ſubmitto. Viue diù, ſemperq. fœlix.

HO-

Digitized by Google

HORATII SCOGLII CATACENSIS A PRIMORDIO ECCLESIAE Hiſtoriarum *LIBER PRIMVS.*

Epitome Libri Primi.

CHRISTI IESV Diuina, humanaque origo, Eccleſiæ quoque Primordia, primo libro hoc ordine recenſentur. Vnigenitus Dei Filius cùm ab æterno in ſinu Patris, eiuſdem cum Patre Diuinitatis, omnis expers mortalitatis eſſet, temporis adueniente plenitudine, mortalitatis natura indutus, Diuina in Terris arcana aperit, Eccleſiam erigit, cælum mortalibus in Cruce reſerat. At tertia illuceſcente die

die, è dira, sæuaq. Crucis tormentis sibi illata morte, rediuiuus surgit. xl. deinde dierum spacio cum Apostolis moratus, cùm ad Cælos vnde aduenerat, redeundi tempus aduentaret, Petro Ecclesiæ tutelam, curamq. demandat. Petrus mandata exequens, statim ac Iesus triumphali reditu Cælos conscendit; Ecclesiæ gubernacula suscipit: quam xxxv. annorum spacio & regit, & per vniuersum Terrarum ambitum longè, latèque strenua Apostolorum adiutus virtute propagat. Quicquid igitur Petro gubernante, vel ab ipso Petro, vel ab Apostolis, vel à cæteris illustribus viris, in Ecclesia memorabile gestum, hoc primo libro exordine enarratur.

A PRI-

A PRIMORDIO ECCLESIAE Historiarum

LIBER PRIMVS.

QVAE à primordio nascentis Ecclesiæ prospera, vel aduersa contigerint, conscribere mihi cogitanti; in ipso operis vestibulo Diuinę profectò opes enixè forent deprecandæ. In immensa etenim rerum serie, quæ supra millesimum sexcentesimum repetitur annum, versantes, Pontifices, qui tanto temporis decursu miris Institutis Ecclesiam rexerint, Principes, qui vel eam oppugnarint, vel singulari fortitudine ab hostium, bellorumq. incursibus vindicarint; viri denique sanctitate illustres, quorum vel præclara doctrina hæreses propulsæ, vel egregijs facinoribus Catholica Fides propagata; Diuina, humanaq. iuxtà sunt hisce nostris literis recen-

recenſenda. Haud minus varietate, ac magnitudine, quàm rei ipſius ſublimitate, quæ humanum captum, humanam excedat fidem arduum, ac laborioſum opus. Cæleſte Numen humana indutum natura in Terris obuerſatum, per mortem perennis vita, per Crucem ſalus, per rudes homines Cæleſtis doctrina; inermis verò gens ſæuientes ferro Principes, hoſtilia magis ferendo, quàm inferendo deuicit; ſubegitque dominatricem gentium Vrbem Romam; Ibidem arcem Imperij, ac religionis, ſtabilemque ſedem Pontifices conſtituère.

Conſilium, & finis Auctoris.

Quæ quoniam vel ſparſis, vel prolixis, & ad Hiſtotiæ inſtitutum non omnino ſpectantibus monumentis ad nos deuenère; inde conſilium mihi, quæ ad Hiſtorias pertinent, procul à mendacij crimine, atque à prolixitatis faſtidio, Diuina vt ſpero, adiutus ope contexere.

Chriſti Ieſu Diuina humanaque origo.

Chriſtum Ieſum ab æterno, ante Mundi exordium Deum de Deo progenitum; ſed ad reparandos mortales ex Regia Dauid progenie, Mariaque Virgine mortalis natura aſſumpta, Hieroſolymis, cæteriſque in Iudeæ regionibus Diuina arcana aperuiſſe; in Cruce Cælum mortalibus reſeraſſe ſatis conſtat:

conſtat: ſacram quoque Eccleſiam tantarum rerum ſacramentis, Diuiniſque inſtitutis imbutam, quæ vel ab ipſo humani generis initio varijs Prophetarum vaticinijs denunciabatur, & veluti in ænigmate ſub vmbra deliteſcebat, erexiſſe. Quare res ipſa hortari videtur, vt antequàm initium narrandi faciam, altiùs repetam, cauſſamque cur humana indutus natura humanum genus reparare voluerit, ſimul quibus initijs Eccleſiam erexerit, quantùm humana imbecillitate conſequi potuerim, paucis exponam.

Dum in ſinu Patris, eiuſdem cum Patre Diuinitatis, omnis expers mortalitatis eſſet, eius Imperio Cælum, Terraque & vniuerſa, quæ in eis ſpectantur, in medium prodierant. Procreatàque tanta ex nihilo rerum mole, aliquem, qui vniuerſis rebus præeſſet, eiuſque veluti vices in Terris gereret, condere ſtatuit. hic ad eius imaginem erectus Homo fuit. Is in nobiliori Terrarum parte omni humano cultu digniori, quæ propterea Paradiſus voluptatis dicebatur, Animantium dominator, cunctarum rerum arbiter, Orbis Dominus, præclaris naturæ dotibus, gratiæ donis decoratus conſtituitur.

tur. non ægra valetudo corpus, non mæror animum fatigabat: non fami, non frigori caro, non iræ, non cupidini mens obnoxia: per amena cunctis animantibus, quæ in Cælo, & quæ in terra ſpectantur, parentibus, tranquillam, lætamque agebat diem; cùm ſtatim inani, ac ſubdolo mulieris, quam conſortem, vitæque ſociam compararat, ingenio cuncta turbari cæpère. Hæc pulchritudine, ac ſuauitate eius quod vnum Deus vetuerat delectata, virum allicit, traxitque vt vetito pomo veſceretur. dum conditoris mandatum violat, protinus condita ei cuncta reluctauere: nec modò animantes, exteras res aduerſari, ſed in ſeipſo pugnam, corpus menti, mentem Deo rebellantia perſenſit. Ita Conditori inuiſus, conditis rebus infenſus, ſibi ipſi obnoxius, ex optimo rerum ſtatu in deterrimum momento delapſus, miſerrimam ſibi, poſteriſque omnibus vitæ conditionem inuenit. Nec miſerrima vitæ conditio vnà cum vita erat finienda: animus vt, è corpore euolaſſet miſerabiliores rurſus erat pænas luiturus. Tam miſerabilis ſtatus miſeratio Conditorem tandem inuadit: humana igitur induere ſe natura, mortemque in ea, vt ita iratum

Patris

Patris placaretur Numen, obire ſtatuit. ſed non ſtatim id fieri æquum videbatur; facinus pœnarum interuallum poſcebat; diu præterea ad tam grande myſterium præparandi erant mortalium animi. Igitur Adam, Noe, Abraham, cæteriſque illuſtribus humani generis parentibus indicari primò cæptum; mox varijs Prophetarum vaticinijs denunciari; ſimul & lex, iuxtà quam vitam moreſque mortales componerent, per Moyſem Hebræorum eximijs virtutibus præclarum Ducem in monte Synai Diuinitus data eſt. Tandem cùm ab orbe condito ducenti ſuper quinque millia, ſeu vt alijs magis placet, quatuor ferè millia (nam non ſatis id exploratum apud authores) à tradita verò lege mille quingenti circiter elapſi eſſent anni; tantæ diù expectatæ rei peragendæ tempus viſum. Auguſtus Cæſar tum totius Orbis vndique pace parta à quadraginte duobus ante annis tenebat Imperium. Cornelius Lentulus, & Valerius Meſſala Coſſ. Romæ erant. Peroportunè eo penè tempore altiſſima Numinis prouidẽtia, erat in Galilea in Ciuitate Nazareth, eximijs, præclariſque decora virtutibus, regioque ſanguine orta puella, Maria nomine. Hæc

Incertum quo anno ab Orbe condito Chriſtus natus. nam non modo auctores, ſed Romana martyrologia iuxtà variam editionẽ inter ſe diſcrepant. Card. Bellarm. in chronico anno 3984. Pererius verò in Danielem anno 4020. ab Orbe condito aatum ſcribũt.

Digitized by Google

Mariæ infantia & educatio. ex Euodio apud Niceph. lib. 2. hiſt. Greg. Niſſen. & alijs. Ioſeph. lib. 2. antiquit. cap. 2.

ab ineunte ætate inter Virgines puellas in Hieroſolymitano Templo ſub Pontificum Sacerdotumque tutela educata, cœleſtibus vitam quam ſimillimam egerat. erant enim ad puellas ritè educandas, vt Ioſephus antiquitatum Iudaicarum diligens ſcriptor refert, nonaginta miro opificio in Templi circuitu à Salomone Rege coſtructę, cedroque contextæ cellæ. Vbi primum adoleuit ætas nuptui tradiderè. xv. vt ex Euodio, qui proximè poſt Apoſtolos Antiochenam rexit Eccleſiam, Nicephorus refert, tùm agebat ætatis annum. Ioſeph ex eadem Tribu Vir, & cuſtos deligitur; alter alterius coniugali amore, conſortio, ſocietate fruitur; manſitque illibatus nulla corporis coniunctione amor; nam protinùs vterque cæleſti afflatus Numine pari conſenſu perpetua Virginitate ſe deuouent: nec ſterilis Virginitas manſit, magna mox prole fæcunda. Ioachim ex Regio Dauid ſtemmate, Annam ex Tribu Leui, quæ ſola ex cæteris Pontificia, ſacerdotalique fulgebat honore, progenitores Maria habuit. Ex Dauid quoque paternum, ex Leui maternum Ioſeph trahebat genus; nam licet legis præſcripto nuptias extra cognationem, ſeu Tribum

Poſt deſponſationē emiſſum votum virginitatis confirmat D. Thom. 3. par. q. 28. ar. 4.

con-

contrahere nefas; peculiari tamen iure, Regium Iudæ genus cum ſacerdotali Leui progenie iungi indulgebatur: multaque in eam rem, vt omittam, quæ Philo Iudæorum diſertiſſimus tradit, ex ſacris literis exempla ſuppetunt. Hæc comperta, exploratáque apud ſacros auctores cùm habeantur, non leuis dubitatio exoritur, dum Matthæus, & Lucas pari vterque auctoritate irrefragabilis, inter ſe pugnantia loqui videntur: ille, dum Ioſeph ex Iacob progenitum, hic verò dùm Heli filium conſtituit. Sed dubitatio qua varie torſit noſtrorum ingenia, longè propellitur, ſi ad ea quæ Africanus Theologorum antiquiſſimus perſcripſit, intendas animum. *Vterini*, inquit, *erant fratres Heli, & Iacob: Heli abſque prole decedente, Iacob illi ſemen ſuſcitauit, & genuit Ioſeph, qui natura filius eius erat, lege vero Heli, ita vtriuſque filius Ioſeph*. Hæc Africanus. qua totidem verbis, vt refert Euſeb. referre volui, vt ita magis Iuliani Apoſtatæ, Fauſti Manichæi, cæterorumque temerè obtrectantium inane eluceſcat ingenium. Nam ex lege, Viro ſine prole decedente, frater ſuperſtitem ducebat vxorem, natique liberi ad priorem virum referebantur: Inde

Philo lib. 2. de monarch. ex lib. exodi 6. & lib. 2. Paralip.

Diſcordia Euangeliſtarũ in Chriſti genealogia concordatur.

Africanus apud Euſeb. lib. 1. hiſt. 9.

Digitized by Google

euenit, vt in alijs quoque Matth. & Lucas genealogiam intexentes dissentire viderentur: nam Lucas adoptionis, Legisque iura reputando, antiquum Ioseph genus ex Tribu Leui per Nathan; Matthæus verò ex Tribu Iuda per Salomonem Regem carnis originem describit. dissoni, discordes, at veritati consonè concordes.

Mariæ egregius virtutum cumulus, purissimus animi candor, spectata pietas, religio, præclara præterea Virginitas apprimè superis grata erant. In eius igitur Virgineo vtero, id quod tàm diù ante mortalibus promiserat, exequutioni tandem demandari placet. Quartum post mensem, quo desponsata erat, mittit è superis sedibus cælestem ad eam, vt de tanta re priùs edoceretur, nuncium. Illa primo, atque improuiso Angeli aspectu turbata, quid nam rei id esset, curue missus veniret, agitabat animo: cùm statim res, quoue pacto sine hominis ope, tam grande mysterium statim ipso temporis momento peragendum esset, ex ordine aperitur; concepitque protinus angustia vteri, quem nulla rerum ambit moles. VIII. calendas Aprilis id contigisse Augustinus Latinorum eruditissimus scriptor

Mariam quartum post mensem quo despõsata erat, Spiritus sancti ope concepit. ex Euod. apud Niceph. 2. hist. 3.

D. Aug. lib. 4. de Trin. cap. 4.

tor notat: qua eadem die primus humani generis parens conditus.

Iamque nouem fermè elapſis menſibus, cùm tempus pariendi aduentaret, exijt edictum ab Auguſto Cæſare vt deſcriberetur vniuerſus Orbis. Id in cauſſa fuit, vt Diuino fætu prægnans Virgo, vnà cum Ioſeph, cui deſponſata erat, Bethleem, & viri, & mulieris municipium, vterque enim erat de domo, & familia Dauid, pergerent. ita ille, qui Legem mundo daturus erat, antequam mundo enaſceretur, aliorum Legibus obediens eſſe voluit. Bethleem, quæ & Ephrata dicebatur, Vicus eſt in Iudæa, xxv. ſtadijs à Hieroſolyma diſtans, ſupra collem in longum porrectum ſitus. In extrema verò collis parte, quæ orientem ſolem reſpicit, rupis caua, qua facilè ab iniurijs Cæli, homines, animanteſque defenderet, conſpiciebatur. Eò cùm ventum eſſet, quia cùm ſumma nobilitate ſummè pauperem, inopemque vitam agebant, nec vllus alius in diuerſorio locus erat, in eandem cauam rupem in antri formam exciſam ſe ſe recipiunt. Ibi vnigenitus Dei filius, qui ab æterno in ſinu Patris, eiuſdem cum Patre Diuinitatis, omnis expers mortalitatis fuerat, ex virginis vtero

Bethleem deſcriptio.

Chriſti in caua rupe natiuitas. ex Origen. lib. 1. con. Celſ. Hieronym. ad Marcell. & Athan. de natiu.

humana indutus natura, sub infantis forma summo noctis silentio octauo calendas Ianuarij in medium prodire visus est. Ita ille qui sine matre in Cælis, modò sine Patre in Terris enascitur. statimque è Cælis Angelicæ legiones, ingenti exultatione, summis laudibus nouum sui Regis natalem celebrantes decurrunt. Fama est, & apud Dionem, & Suetonium Ethnicos scriptores, licet subobscurè indicatum, inuenio, Iouis, & Romuli, Remique statuas in Capitolio subito fulminis ictu conflagrasse; insculptasque Romanas leges, ita vt amplius legi non possent, inuerso se ordine commiscuisse: simul Trans Tiberim purissimo fontem oleo sponte manantem diù noctuque spectatum. Delphis verò famosum Apollinis oraculum, ab eo tempore responsa reddere cessasse; multisque scisscitantibus quid nam rei id esset, Hebræi pueri imperio ad infimum orcum facessere cogi respondisse. hisce autem carminibus silentium excusasse tradit Suidas.

Statuas de Cælo tactas, Romanasq. leges inuerso se ordine commiscuisse ãno 690. ab vrbe condita, tradit Dio. lib. 37. hist. alia item prodigia recenset Suet. quæ Orosius Christi natalẽ indicasse scribit

Oleum Trans-Tiberim è Taberna meritoria erupit, anno 111. post necẽ caij Cæsaris. ex Euseb. in Cron.

Me puer Hebræus Diuos Deus ipse gubernãs
Cedere sede iubet, tristemq. redire sub orcum.
Aris ergo de hinc tacitus abscedito nostris

Idem Suidas in verbo Augustus, & Nicephor. lib. 1.

Nec desunt scriptores, qui Augustum eo respon-

Digitized by Google

reſponſo permotum, ſimul ſybillina carmina perſcrutatum, in Capitolio Aram primogenito Dei dicaſſe ſcribant. Extat certè hodie eodem in loco non abſimili inſignitum titulo magnificum Templum. Tùm alia ſybillarum vaticinijs, tùm præcipuè, quod & prodit Tullius, licet Ethnicorum ſuperſtitioni obnoxius, aliò vertat, inerant, Regem venturum, quem quis niſi exciperet longè à ſalute deuius foret. Tull. lib. 2. de Diuin.

Sybillina carmina religione à Romanis recondebantur, nec niſi à certis ad id dicatis viris inſpici fas erat. Quin ſociali bello exuſto Capitolio, Samo, Ilio, Erytrha, per Africam etiam, Siciliam, & Italicas Colonias Auguſti mandato conquiſita, datumq. Sacerdotibus, quantùm humana ope potuiſſent, vera diſcernere, quia multa vana ſub nomine celebri vulgabãtur, auctor eſt Tacitus. At Sybillas Diuino afflatu loquutas, vt per eas gentibus quoque Saluatoris aduentus prænunciaretur, Origenes, Hieronymus, Clemens Alexandrinus, alijque celebres viri confirmant; ipſum quoque ſybillæ græcum nomen, quod latinè Diuini concilij nunciatrix vertitur, indicat. Tacitus lib. 5. annal. Origen. contr. Celſ. lib. 5. Hieron. cont. Iou. lib. 1. Clem. Alex. lib. 6. ſtrõ.

At apud Matthæum, qui irrefragabili

authoritate Euangelij cõſcripſit hiſtoriam, inuenio, nonnullis Orientis Principibus, ſtellam mira præfulgentem luce, quæ tanti Regis natalem indicaret, apparuiſſe. Eos tanto prodigio permotos, in Iudæam iter dirigentes, vbi Hieroſolymam peruenère, certiùs de loco, vbi natus eſſet edoctos, Bethleem præuiam itineris ducem ſtellam ſequentes contendiſſe. Ibi puerum humili in præſepio iacentem adorantes, aurum, thus, myrrham obtuliſſe. Hos Principes viros, quos Magos appellat, abſonè Iuſtinus, & Origenes à magicis artibus, quibus Demones ſibi conciliarent, nomen ſortitos, tradidere; potiùs cum Clemente Alexandrino, Cryſoſtomo, alijſque præclaris auctoribus, ab eximia ſyderum, rerumque naturalium cognitione: nam tali ſapientia pollentes, Magi apud Perſas, aliaſque gentes appellantur: vel cum Tertulliano, ac Epiphanio, ex Magodiæ regione, quæ eſt in Arabia, polletque auro, thure, & myrrha, ortum nomenque ſortitos crediderim. Conſtat certè ex antiquis ſacrarum litterarum monumentis, Abraham ex Cetura, Iexan, & Madian filios genuiſſe, ex Iexa verò Saba ortum: hi Arabiam incolentes Saba Sabæis, Madian

Madio-

Magi præuia ſtella ex Arabia ad Chriſtũ natum cum muneribus deueniunt. ex Matth. cap. 1. De eorum nomine, ac origine vide Epiph. in Compend. doctrinę, Tertull. lib. 3. con. Marcion. Cryſoſt. homil. 6. in Matth. Clem. lib. 1. ſtrom. Origen. lib. 1. cont. Celſum, Iuſtin. martyr. in dialog. cont. Trifonẽ.

Digitized by Google

Madionitis, seu Magis nomen, originēq. dedere, vt veriſſimè Dauid diù ante de Chriſto vaticinando cecinerit, *Coram illo procident Aethiopes, inimici eius Terram lingent, Reges Arabum, & Saba dona adducent.* Quo tempore Bethleem peruenerint, non ſatis inter auctores liquet; plures tamen inuenio, qui XIII. die poſt iter arreptum eò peruenisſe tradant.

Hieroſolymæ Regno mille propè annos Iudæ Tribus regio iure imperitarat. Dauid primus omnium ex ea tribu regnat: ab eo Salomon filius, cæterique continuata ſerie Regnum accepère: donec Hieroſolyma à Nabuchodonoſor Rege Babylonis capta, euerſaque. Lxx. deinde annorum decurſo ſpacio per Cyrum Perſarum Regem captiuitate Hæbrei ſoluti, reuerſiq. poſtliminio, Zorobabel ex eadem Tribu Iudę, à qua tùm primùm Iudæi dici cępere, regnum obtinet. Inteſtina demum diſſenſione, Ariſtobolo, & Hircano fratribus plus quàm hoſtili furore de Regno contendentibus, vetuſtiſſimo omnium Imperio finis: eoque fine altiora rerum per Chriſtum parabantur initia. Cn. Pompeius Romanorum primus aliena diſcordia illectus, prouinciam inuadit, ſubegitque: Reges Iudeæ

gitque: Auguſtus Cæſar, Herodi tributi impoſitione Regnum ſanxit. Tùm primùm Regium Iudæ ſceptrum non modò in alienam familiam, ſed in exterum virum deuenit; nam licet proximè antè Aſſamonei ex Tribu Leui imperitarant; quia tamen per matrem ex Regio Iudę ſtemmate genus trahebant, videbatur continuata ſerie in Iudæ poſteros regnum propagatum. at Herodes patria Aſcalonites, natione Idumæus, nullo cognationis, nullo ſanguinis iure attinebat.

Regno amiſſo, videbatur antiquis Prophetarum vaticinijs locus patefactus: nam præcecinerant vates, Regiũ Iudæ ſceptrum nunquam è Tribu Iudæ, donec is qui cunctis gentibus expectatus veniret, ablatum iri. Rurſus tàm præclarum Ducem, qui Iſrael recturus foret, Bethleem oriturum alij cecinerant vates. Igitur Herodes vbi audiuit alium ex Iudæ Tribu, atque è Dauid familia, in qua continuata ſerie diù Regnum manſerat, nuper natum Regem: ad id ipſum, tempus, locum, prophetarum Vaticinia ſatis congruere: ingens Regni formido ſtatim hominem inuadit: mente inde, animoque volutare, quò ſibi illud firmaret: nec conquieſcere poteſt. Regnandi cupidine cæcus

ad

Digitized by Google

ad impium facinus præceps ruit: puero, cæteriſque infantibus, qui à bimatu & infra Bethleem eſſent, mortem, necemque molitur. Protinùs ad Regis edictum, intimas, abditas ædium partes perſcrutari, infantes è matrum complexu diuelli, ad necem trahi, innoxium effundi ſanguinem cerneres. In ea infantium ſtrage, ita vltore numine exigente, Regis filium in nutricis ſinu, nutricis filium rati, inconſultò, & per errorem interfectum tradidere; vt non inſulsè Auguſtus Cæſar ad famam impij facinoris facinus admiratus dixerit, meliori conditione Herodis porcum degere, quàm filium. refert id & Macrobius Ethnicus ſcriptor. Herodes namque veteris Legis præſcripto ſuina temperabat carne. Iure irridendus, at non à Cæſare Herodes erat: nam non abſimili facinore, non abſimili ex cauſa ad ipſius natalem apud Romanos ſæuitum; refert certè Sueton. Paulò antè quàm enaſceretur, prodigium Romæ viſum, quo denunciabatur Regem Populo Romano naturam parturire; Senatum exterritum cenſuiſſe, ne quis eo anno genitus educaretur; adeò libertatis dulcedine infenſum Romanis Regium nomen erat, vt humanitate potiùs ſe exuere,

Infantium innoxius ſanguis Herodis iuſſu effunditur. ex Matth.

Macrob. lib. 2. Saturnal. cap. 4.

Suet. in Octau.

exuere, quàm seruitutem induere vellent. at ignari quò fata traherent, tùm se magis seruituti addixere: nam Octauianus vbi primùm adoleuit, rerum potitus.

Puer Iesus, vix natus, necatus, interfectusque fuisset, ni Ioseph oportuno Angeli monitu puero properè arrepto, crudelem effugiens impetum, in Aegiptum vnà cum Maria matre eius secessisset. Hermopoli Thebaidæ oppido vsque ad Herodis obitum, qui sextum fermè post annum contigisse traditur, moram traxere. eo igitur mortuo Nazareth reditum.

Iamque adulta ætate xxx. annum agens, cùm oportunum, vt Ecclesia erigeretur, vt Diuina panderentur arcana, tempus accederet; aliquem, qui tantæ peragendæ rei tempus ex propinquo instare cunctos edoceret, præmitti placuit. Hic Ioannes sobrinus frater, Zacharia Sacerdote, & Elisabeth progenitus, Hebron autem enatus fuit. Hebron in montanis Iudææ cæteris omnibus antiquius, clariusque est oppidum: nam vt Iosephus tradit, fuit Abrahæ Hebræorum parentis domicilium: ibidemq. arborem inspici ingentibus patulam ramis, quam ab initio plantatam incolę memorant.

Ioan.

Iesus Hermopolim Thebaidæ oppidum confugit. ex Sozom. lib. 5. hist. c. 10.

De obitu Herodis habes apud Ioseph. l. 17. antiquit. 8.

Iesum post cōpletum xxx. ętatis annum se mundo ostendisse tradit D. Ignatius, qui Christum in Carne vidit, in epist. ad Trall. Crysost. homil. x. in Matth. & Beda de ratio. temp. fallitur Epiph. asserens tùm non attigisse xxx.

Iosephus de bell. Iudaic. lib. 5. cap. 7.

De eadem arbore Therebinthi meminit D. Hieron. vsque ad sua tempora perdurasse. in lib. de locis hebraic.

Digitized by Google

Ioannem antequàm è matris prodiret vtero, dum Eliſabeth à Maria Diuino fætu prægnante inuiſeretur, mira ad eius aduentum, qui nullis circumſcriptus ſpacijs Virginis vtero claudebatur, exultationis edidiſſe ſigna, ſacræ tradunt literæ. Vbi primùm adoleuit, longè ab hominum cætu, non longè à cæleſtium conſortio, degere inſtituit: in deſerta, atque ab omni humano cultu diſſita loca ſecedit. Ibi veſtimento pilis Camelorum contexto indutus, zonaque pellicea circa lumbos præcinctus, locuſtis, melle ſilueſtri, vilibuſque cibis naturali neceſſitati, non voluptati conſulens, xx. circiter annos degerat. Diuino igitur afflatu tùm ductus, exit è ſolitudine in omnem regionem, quæ eſt circa Iordanem amnem. ibi acri, vehementique oratione delegatum ſibi munus exequens, monere, prædicere, mox poſt ſe, licet ab æterno ante ſe fuerit, aliquem qui humana errata corrigeret, abdita Diuinarum rerum arcana aperiret, Cælum mortalibus reſeraret, venturum: proinde ne fortè contumaciter in antiquis erroribus perſiſtendo, non ſolùm ad cæleſtem gloriam ſibi intercluderent aditum; ſed offenſi Numinis rurſus concitando

iram,

iram, ad atrociſſimas pœnas viam pateface-rent, tàm oportuno tempore anteacta cri-mina deteſtarentur, mentem erigerent, ani-mum præpararent, mores, vitamque com-ponerent. Mouit non modò oratio, ſed ſum-ma de tanto viro ſanctitatis opinio; ingens multitudo peccata fatendo, baptiſmum precando, accedit. Hæc cùm ingenti ardo-re peragerentur, Ieſus ipſe multitudini per-mixtus ad Ioannem propinquans, Iordanis vnda baptizari petit; Ioannes protinus ad circumfuſam undique turbam conuerſus: En de quo huc vſque apud vos ſermonem feci: ipſe eſt mortalium reparator, ipſe idem eſt ille Dei Agnus, qui cruento ſacrificio, multoque ſanguine immolandus, iratum Patris eſt placaturus numen, tolletque pec-catum mundi: proclamat. Ita ille qui nul-lo crimini obnoxius, aliena crimina ablui-turus erat, ante omnia cum ijs qui crimine tenebantur, ablui voluit. die 6. Ianuarij id contigiſſe ex maiorum traditione Euſebius, Hieronymus, alijque celebres viri teſtan-tur. Ieſu baptizato ſtatim aliud longè præ-clarius ſubſequutum Diuinitatis teſtimo-nium: Spiritus ſanctus ſub ſpecie formaque Columbæ apertis Cælis ſuper caput eius deſcen-

Hier. in Ezech. cap. 1.

Repugnat ſolus Epiph. hæreſ. 11. verùm is, ſi-cut audiendus non eſt, dùm ſcribit Chriſtũ natum die 6. Ia nuarij. ita dum aſſerit baptizat. VI. Idus No uembris.

deſcendere viſus eſt; ſimul, *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, prorupit è Cælo vox. Tùm, vt ad deſtinatum ſe accingeret opus, nil cunctatus in deſerta loca ſecedit. Ibi ſolus xxxx. dierum ſpacio continuato ieiunio moratus, redit in Galilæam. Ibi diuina pandere arcana dum aggreditur, ingens mortalium agmen poſt ſe trahit: adeò vt cùm è Capharnao, vbi plura Diuinitatis ediderat ſigna, in alias finitimas regiones iter direxiſſet, ſtatim incolæ ex vrbe demigrantes, patria, patrijſque domibus, & quæ ibi cariora ſunt poſthabitis, ſolum Ieſum quocumque ierit ſequendum rati, voluntarios itineris comites ſe adiungerent: nam non modò dictis ægros permulcebat animos, ſed factis quoque ægris corporibus ſalubrem afferebat opem, mortuos quoque ſæpe ad vitam reuocare viſus.

Cùm ad ſtagnum Genezareth, quod non longè abeſt, & immenſo ambitu ſpecie maris diffunditur, inde mare Galileæ, ſeu Tiberiadis appellatur, ventum eſſet; vndique ex conterminis pagis (nam tota circa ſtagnum regio, vicis, oppidiſque frequens eſt) tantarum rerum fama permoti, ſeu vt Ieſum viderent, concionantemque audirent, ſeu

vt

vt ſalubrem ijs quibus tenebantur languoribus, conſequerentur opem, auidè confluunt. Tùm aliquem mortalium cætum, qui ſaluberrimis inſtitutis, cæleſtibuſque doctrinis inſtructus ſub ipſius fide, atque vexillo poſt mortalem in terris vitam, immortalem in Cælis fælicitatem, gloriamque conſequi poſſet, erigere, ac congregare ſtatuit. Hunc mortalium Cætum Eccleſiam deinde appellauit, quam dum nullis terrarum limitibus, finibuſque comprehendi, ſed in omnes terrarum oras diffundi, propagari deſtinat animo: non Principum conquirit opes, non Oratorum comparat facundiam, non gentium conſcribit agmen: inopes, rudes, duodecim ex humili erigit plebe, qui mandata in omnes terrarum deferrent oras, mortales omnes Cæleſtibus imbuerent arcanis, vniuerſo orbi legem imponerent. breuique, paucitas gentium multitudinem, ruditas mundi ſapientiam, inopia terrenarum rerum affluentiam deuicit. Simonem primo, cui Petri poſteà cognomentum dedit, vnà cum Andrea fratre, mox Iacobum, ac Ioannem eorum ſocios, & Zebedæi filios, Philippum quoque; qui omnes humili in loco propè ipſum ſtagnum in vico, cui

Eccleſiam congregat, Apoſtolos eligit.

Betſai-

Bethſaida nomen nati, in eodem ſtagno, piſcando victum ſibi quærebant, ad ſe vocat. his deinde iugit Bartholomæum, quẽ & Nathanaelem nonnulli à Ioanne appellatum volunt; Mattheum, Thomam, Iacobum etiam, ac Iudam Alphei filios, Simonem, qui & Zelotes cognomentum obtinuit, nec non Iudam Iſcariotem, qui deinde ingens beneficium, inſignem magiſtri, ac domini amorem, inſigni proditione rependit. Hos ipſe ſæpe in deſerta deferens loca, id ipſum ad quod delegerat edocens munus, Apoſtolos, eò quòd in diuerſas Terrarum partes delegandi, mittendique forent, appellauit. Hæc fuere Eccleſiæ nullo Terrarum circumſcribendæ ſpacijs, nullo temporis finiendæ decurſu præclara initia.

Triennio deinde in Terris morando, cùm dictis, factiſque æquè hominem, Deumque ſe proderet, adeò omnium in ſe conuerterat animos, vt ſæpe eum licet reluctantem, ac renitentem, Regem, & acclamarent, & conſalutarent. Populi ſtudium, gentium amor, procerum conciuit iras.

Regnum ea tempeſtate in varias prouincias diuiſum, varia ditione, atque regimine tenebatur. Iudææ Pontius Pilatus pro Tibe.

Bartholomæũ diuerſum fuiſſe à Nathanaele ſentit D. Aug. tract. 17. in Ioann. ea ratione ductus quia ſcilicet Chriſtus rudes ad Apoſtolatũ eligere voluerit; Nathanael verò fuerit peritiſs. vir. Contrà alij, ea etenim, quæ cæteri Euang. Barthol. tribuunt, Ioannes Nathanaeli adſcribit, immo Barthol. fuiſſe peritiſs. virum, teſtatur D. Dionyſ. de myſtic. Theol. cap. 1. in hanc ſent. multa ſcribunt Rober. Abbas, & Ianſen.

rio Cæſare præſidebat ; cæteræ Galileæ, Itureæ, ac Traconitidis regiones, tributi impoſitione à liberis Herodis tripartitò regebantur: ſacrarum vero rerum, penes Caipham Pontificem regimen. Hunc primò mirus in Chriſtum tantarum gentium amor, mox cæteros Principes anxijs impleuit curis. Caiphas Chriſti clientelam in propriæ auctoritatis diminutionem accipiebat: ſimul in tanta luce omnes cæcutientes, Diuina ex humanis metiendo, metuebant, ne toties oblatum Regnum Ieſus aſſumeret, & atrox à Romanis bellum id ſi fieret perpeſſuros. his agitati ſtimulis, varijſque animi motibus perturbati, non ſatis quid agerent aduertentes. Quia tandem perficiendi, abſoluendique operis, ad quod è Cælo in Terras aduenerat, Diuinitùs deſtinatum tempus propinquabat, eum qui ægris ſalutem, mortuis vitam attulerat, è medio tollere, mortique tradere decernunt, at ita Patris prædefinierat Numen, nam ipſa morte, ſibi, cæteriſque in eum credituris, præſtantioris vitæ compendium facturus erat. Facilè, vt opinor, à ſæuioribus ſupplicijs temperaſſent, ni Pariſeorum diù repreſſus, tandem erupiſſet furor. Phariſei, vt Ioſephus in libris de

De Phariſeorũ cultu, moribuſque habes apud Ioſephum lib. 18. antiqu. 11. & lib. 17. cap. 4

antiqui-

antiquitate ſcribit, genus hominum callidum, arrogans erat, exactiorem patriæ legis cognitionem ſibi vindicantes, quicquid ratio dictaret, pertinaciter ſe ſequuturos profitebantur, victu ſimplici nullis mollito delicijs ſeparatam à cæteris Ciuibus vitam exercebant; qua vitæ conſuetudine venerabiles apud populum, etiamſi Regibus, aut Principibus aduerſarentur, fidem apud multitudinem obtinebant. Horum ſubdolam mentem apertè Ieſus introſpiciebat, & ſæpè acri, vehementique ſpiritu publicè, priuatimque ſimulatam probitatem obiurgabat. Inde factum eſt, vt atrocem in populo ſeditionem concitarent: Chriſtum ad Prætorium Pontij Pilati Præſidis ductum, ingenti fremitu obſtrependo, vocibuſque truculentis pro Rege ſe iactaſſe obiectando, tandem vt Cruci defigendum mandaret, Præſidem perpulere. Lapideæ columnæ alligatum flagellis cædunt; mox Cruce immolando addita ea ludibria, vt veluti in ſcœna Regem repręſentaturi, coccinea chlamyde induerent, ſpinea corona caput cingerent, dextera arundineum ſceptrum collocarent: dein procidentes, in Regem conſalutando, alapis Regem agnoſcunt. Terruit

indecens ludibrium, imminens mors. Propinquos, amicos, Apoſtolos, eos ipſos, quos proxima nox, vna, eademq. menſa cœnando, mutuo amore, mira charitate acceperat, in varias modò partes latebris ſe tegentes diſpergi, magiſtro, ac domino veluti ignotos ſe gerentes cerneres. Vnus Ioannes auſus magiſtrum, & Dominum inter hoſtiles furores ſequi. In Caluarium montẽ, qui non longè ab vrbis mœnibus diſtat, Ieſum ducunt. Vbi eò ventum eſt, veſtimentis exutum, Cruci ſæuiſſimis cruciatibus inter duos latrones affigunt. Erat tùm, vt Marcus ſcribit, tertia hora diei: nec pugnantia loquitur Ioannes, dum ait fuiſſe horam quaſi ſextam. nam apud Hebræos, dies in quatuor æquas diſpartiebatur partes; earum ſingulæ tribus contentæ horis, ſortiebantur ab hora à qua capeſſebant initium, nomen. primæuam diei partem, quæ à diluculo ad tertiam porrigitur, primam; quæ à tertia in ſextam deſinebat, tertiam; rurſus, quæ à ſexta in nonam producebatur; ſextam appellauère; vltimæ vero diei parti nocti conterminę, nonæ, ſeu veſperæ inerat nomen. placet alijs non ab ea hora à qua initium, ſed in quam deſituræ erant, nomen ſortitas.

Diſcrepantia Euangeliſtarũ circa horam Crucifixionis ad concordiã reuocatur.

vtcumq.

Vtcumque ſit, facilè ex ea diei partitione diſcrepantia tollitur; Chriſtus namque vltima parte tertiæ horæ in ſextam mox deſitura, fuit Cruci affixus; inde non abſonè Ioannes ſcriptum reliquit, fuiſſe tùm horam quaſi ſextam. Ingentia protinùs, mira viſa prodigia: ſol innatum ſplendorem, lucemque amittit: Terra ingenti conquaſſatur motu: velum Templi in duas partes ſcinditur. Tradidere hæc prodigia non modò Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes; ſed & Plinius, & Phlegontius Adriani Libertus, Ethnici ſcriptores non leuiter indicauère. Phlegontius ſextam eius diei horam, ita in tenebroſam noctem verſam, vt ſtellæ Cæli viſæ fuerint: Plinius verò ſcribit ſub Tiberio Cæſare duodecim Aſiæ vrbes, Terræ ingenti motu collapſas.

Plinius 2. hiſt. 84. Phlegontius apud Euſeb. in Cronico

Interim Ieſus toto penè effuſo cruentus ſanguine, mox moriturus, pro trucibus, ſæuiſque inimicis mortem incutientibus ad Patrem conuerſus, pias effundit preces. Aderat ſpectaculo intenta Mater, quam Maria Magdalene, Maria Cleophe, aliæque piæ mulieres comitabantur, eum ipſum, qui filij corpori inerat, animo hauriens dolorem, effundebatque ſe amarè in lacrymas:

Mater Ieſu morientem filium iuxtà Crucem conſpicit.

Digitized by Google

ſanguis, liuor, vulnera, mortis imago æquè filium, matremque angunt; nec ſatis ſcio filium ne magis matris lachrymæ, an matrem promanans è filij corpore, diriùs angat cruor: diuerſi ſimul vtriuſque in pectus vna eademque ex cauſſa deſcendunt animi motus, mutuo aſpectu alter alterius reintegrat, ſimul lenit dolorem: Mater morientem filiũ doloroſa conſpicit, nec dolore agitata, filij ſatiatur aſpectu; filius matris mæroreangitur, mæroremq. matris præſentia ſolatur. Ab hora ſexta vſque ad horam nonam, qua hora expirauit, vndique circumfuſe tenebræ perdurauère. Itaque ingens turba, quæ in eo ipſo ſupplicij loco ad ſpectaculũ intenta aderat, tot viſis ſignis, apertè Diuinitatem, Numenque agnouit. Erat inter eos Centurio Longinus nomine, nec ſe continere potuit, quin apertè in hæc verba, *Verè filius Dei erat iſte*, prorumperet. Fuère tamen, quorum obcæcatæ, ac obduratæ mentes, longè maioribus nuper viſis tenebris tenerentur; adeò pertinaciter in propoſito perſiſtebant, vt in exanime corpus ad huc ſæuientes lancea latus, pectuſque vulnerarent, atque aperirent: vnde protinus ſanguinem aquæ intermixtam effluxiſſe memo-

memoriæ proditum. Anno XVIII. Tiberij Cæſaris, Gn. Domitio Enobarbo, & Camillo Scriboniano Coſſ. hæc contigiſſe ſatis conſtat: ſed quò penè menſis tempore, non ſatis inter authores liquet; plures tamen inuenio, qui XXV. Martij die, quæ tùm Paraſceue apud Hebræos erat, apud Latinos feria ſexta appellatur, Chriſtum Cruci affixum fuiſſe affirment. Maria interim Cruci adhærens, vbi ſpirantem filium conſpexit, exanime corpus totum cruentum ſanguine amplexa, amaro fletu irrigat, abſtergitque lacrymis cruorem. Iamque flendo totam propè tranſegerat diem, propinquabatque Sabbatum, qua die nefas erat apud Iudæos incondita corpora in Cruce manere. Igitur Ioſepho ab Arimathia pio, ac nobili viro ſepeliendum commendat; nec cunctati, impetrata à Præſide facultate id peragendi è Cruce extrahunt, oſculataque mater liuorem, ſanguinem, vulnera, clauos ſinu recondit, ſimul Ioſeph aromatibus Corpus delinit, mox in nouo monumento, quod in eodem Caluariæ mõte in petra exciſum erat, ſindone inuolutum, nec longè à corpore, Crucem, clauos, lanceam, cætera inſtrumenta cædis condit. Quibus deinde mira-

culis ea præfulſerint, detectaq. ad poſteros deuenerint, in tempore memorabo. Cáluarium montem ex eo ſortitum nomen, quòd ibi Adam primus humani generis parens conditus fuerit, ibidemque poſt multas ætates cranium, capitiſque calua inuenta: iuſſum quoque Abraham ibi immolare vnigenitum filium Iſaac, ex maiorum traditione Origenes, ac Tertullianus referunt; ſatis certè tanto arcano, humaniq. generis per filium Dei vnigenitũ redẽptioni conſonũ myſteriũ. Ita ille qui XXXIV. ante annum, VIII. calend. Aprilis, qua die primus humani generis parens procreatus, in virginis vtero humana induerat ſe natura, eadem planè die, carne exolutus, eodem in loco, quo primus homo tumulo conditus, eadem die, qua procreatus, prolapſum hominem repararauit. XXXIII. ætatis anno, menſe tertio, Chriſtum Cruci affixum, D. Ignatius, qui eum in carne vidit, ad Polycarpum ſcriptum reliquit.

Crux quo miraculo ab Helena inuenta, deinde ab Heraclio Imperatore rurſus Caluario reſtituta, habetur infra lib. 3. ad annum Domini 309.

Caluarius mõs dictus ex Calua ſeu Cranio Adam, qui ibidem conditus. ſcribunt Orig. tract. 35. in Matth. Tertull. lib. 2. in Marcionẽ.

D. Ignat. in epiſt. ad Polycarp. quem refert D. Hieron. de ſcrip. Eccl°

Hæc non modo apud noſtros authores, ſed apud Ioſephum Hebræum, qui proximè poſt ea tempora floruit, in libris de antiquitate non leuiter indicata inuenio: in hæc enim verba de Chriſto ſcribit.

Ioſephi Hebræi de Chriſto teſtimonium lib. 18 antiq. cap. 5.

Eodem

Eodem tempore fuit Ieſus vir ſapiens, ſi tamen virum eum fas eſt dicere, erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum, qui libenter vera ſuſcipiunt, plurimoſq. tàm de Iudæis, quàm de gentibus ſectatores habuit. Chriſtus hic erat, quem accuſatum à noſtræ gentis Principibus, Pilatus cùm addixiſſet Cruci, nihilominus non deſtiterunt eum diligere, qui ab initio cæperant: apparuit enim eis tertia die viuus, ita vt diuinitùs de eo vates hoc & alia multa miranda prædixerunt: & vſque in hodiernum Chriſtianum genus ab hoc denominatum non deficit. Verba Ioſephi.

Hæc Ioſephus, quæ totidem verbis in re tanti momenti, vt ex non ſuſpecto authore Euangelij veritas illuceſcat, referre volui; nam licet Hebræi inſita perfidia luci tenebras offundentes, tale teſtimonium in germanis Ioſephi libris haberi inficientur, codicemq. qui Mantuæ peruetuſtus habetur, ex quo ea verba expunſere proferāt: tamen D.Hieronym. celebris, & antiquus author, idem teſtimonium ijſdem planè verbis retulit. D. Hieron. de ſcrip. Eccleſ. in Ioſepho.

Iamque tertia propinquabat dies, quo Ieſus tumulo conditus erat: nec interim Maria Magdalene, Maria Cleophe, aliæque piæ

piæ mulieres, quæ viuentem eum ſequutæ erant, mortuum deſeruère, eunt, redeuntque cum lacrymis ex vrbe ad tumulum. Tandem tertia illuceſcente die, ex ſummo mærore, ingens retulere gaudium. Loco quo conditus erat propinquantes, reuolutum ex oſtio monumenti lapidem conſpiciunt: eò anxiùs nouitate attonitæ, tumulum ingrediuntur: cùm protinùs Angelus ſumma præfulgens luce, monet, eum ipſum quem tàm anxiè inquirunt, rediuiuum iam è ſepulchro mox ſe eis oſtenſurum ſurrexiſſe. Qua in re cùm longè diſſentire videatur Matthæus à cæteris, qui Euangelij conſcripſere hiſtoriam, non absre erit paulò accuratiùs rem inueſtigare; Matthæus veſpere ſabbathi, quæ eluceſcit in prima ſabbathi, Marcus verò, Lucas, ac Ioannes ſummo mane; rurſus inter ſe Marcus, & Ioannes diſſoni, Marcus orto iam ſole, Ioannes cùm adhùc tenebræ eſſent, ad monumentum deueniſſe, lætumque ab Angelo retuliſſe nuncium ſcribunt. Ea verborum ambiguitas variè torſit Interpretum ingenia; alij non de vno, eodemque aduentu Matthæum, ac cæteros loquutos voluère. at non ſatis conſonè id opinatos, vel ex eo conuincitur,

Diſcordia Euã. geliſt. circa horam, qua Maria Magdalene alięq. mulieres ad monum. deuenere, ad concordiam reuocatur.

quòd

quòd æquè Euangeliſtæ omnes ſcribunt, tùm primùm mulieres lætum reſurrectionis ab Angelo accepiſſe nuncium. nec probabiliora recentiores nonnulli proferunt, dùm Matthæum veſperæ nomine, non extremam diei partem, ſed ſtellam, quæ præuia ad ortum ſolis enaſcitur, intellexiſſe cẽſent. Nam etſi ſtella ea nuncia ſolis, Lucifer aliquando, Heſperus, veſper, veſperugo etiam appelletur, non aptè Matthæus ſtellam eam veſperum ſabbati, ac ſi certum eius diei ſydus eſſet, appellaſſet: potiùs crediderim, quod Dionyſ. Alexandrinus, & Auguſtinus celebres tradidere Patres, veſpere nomine non modo extremam diei, ſed noctem ipſam ſæpe indicatam. Itaque mulieres ſabbato, extrema parte noctis luci contermina, propinquaque illuceſcenti diei, quæ prima ſabbati apud Hebræos, apud nos Dominica dies dicitur, cùm ad monumentum deueniſſent, aptè Matthæus veſpere ſabbati; quæ eluceſcit in prima ſabbati, cæteri verò ſummo manè ad monumentum deueniſſe ſcribunt. Profectæ quidem diluculo, cùm adhuc tenebræ eſſent, vt Ioannes indicat, in itinere autem, & circa monumentũ morã trahẽtes, orto iã ſole, vt Marcus perſcribit, peruenere.

Dionyſ. Alex. in epiſt. ad Baſ. Auguſt. de Conſenſ. Euang. lib. 3.

Ieſum

Chriſtus cuinã primò in reſurrectione apparuerit.

Ieſum rediuiuum primum omnium matri ſe oſtendiſſe, traditione potiùs, quàm ex Euangelij hiſtoria accepimus; ęquum erat, vt quę in morte magis anxia dolore fuerat, cæteris quoque in reſurrectione gaudio anteiret. Qua planè hora ſurrexerit, incertum reddit diſcrepantium authorum ſententia; alij medijs noctis tenebris, alij noctis diluculo; magis mihi arridet, quod & Eccleſia decantatis hymnis non obſcure indicat, ad primum ortum ſurgentis auroræ.

Qua hora Chriſtus reſurrexerit.

Quadraginta deinde dierum ſpacio cum Apoſtolis benignè comiterque moratus, rurſus innumeris ſignis, æque ſe hominem, Deumque oſtendit. Tandem cùm ad Cælos, vnde aduenerat, redeundi tempus adueniſſe videret, Apoſtolos, Diſcipulos, ingentem fidelium cætum in Oliueto monte aduocat. Oliueti mons tùm alijs præclarè, tùm præcipuè quia ſuprema Chriſti ad Cælos redeuntis, retinuit veſtigia, celebris; mille paſſibus, ſeu vt Lucas ſcribit, ſabbati vnius à Hieroſolyma habet iter: tanto enim ſpacio vt Suidas poſt alios refert, arca caſtra antecedebat, tantoque interuallo Læuitæ, cæterique, quibus id munus delegatum erat, die ſabbati arcam trahebant. Vbi vnà conue-

Veſtigia Chriſti ad Cælos redeuntis ſua ætate in Oliueto monte ſpectari conſueuiſſe teſtis eſt D. Hier. de loc. hebraic.

nere

nere, diuinitate alloquij permulcet, simul ad immortalis vitæ spem eorum omnium eleuat animos; tum & ad Apostolos conuersus iubet, quæ viderint per vniuersum Terrarum orbem cunctis gentibus forti, constantique animo nunciare. Simul ne tam ingens multitudo, ipsaque Ecclesia mox per vniuersas Terras strenua virtute, multoque sanguine propaganda, sine vllo Duce, atq. rectore maneret, Simoni Petro, quem Diuinis arcanis apprimè imbuerat, curam, tutelamque demandat. Illis planè verbis, quæ apud Ioannem habentur, *Pasce oues meas*, vniuersæ Ecclesiæ rectorem, Principemque inter cæteros Apostolos constituisse Cyprianus, Hieronymus, Crysostomus, Augustinus alijque celebres doctrina, & sanctitate patres vno ore conuincunt.

Petrus vniuersæ Eccl. Rector ex Cypr. de vnit. Eccl. Hier. cõt. Iouin. Aug. tract. 50. in Ioann. & alijs quos ref. Card. Bellarm. tom. 1 contr. lib. 2. de Rom. Pontif.

Petrus mandata exequens, statim ac Iesus triumphali reditu Cælos conscendit, Ecclesiæ gubernacula tota animi, ac corporis vi suscipit. Primùm omnium virum sanctitate clarum, qui pro Iuda Iscariote Euangelium gentibus nunciaret (nam Iudas ob Christum furentibus hostibus à se proditum, conscientia infandi criminis agitatus, miserrimam sibi mortem conscíuerat) deligendi

author

author eſt. Hunc ſpectatæ virtutis virum Diuina datum ſorte Matthiam, vnum ex ſeptuaginta diſcipulis fuiſſe traditur. Decem deinde elapſis diebus, Spiritus ſanctus ignitis linguis magno cum fragore, ſonituq. è Cælo deſcendens, eorum omnium ita incendit pectora, ea docuit arcana, vt omni linguarum genere, græcis græcè, latinis latinè, vniuerſis Terrarum gentibus proprio cuiuſque idiomate, magnalia Dei affatim loquerentur. Tùm Petrus in mediam Hieroſolymam prodiens, tanto ardore acceptam à Chriſto doctrinam, Chriſtumque ipſum prædicare aggreditur, vt tria ferè hominum millia, Diuinæ, atque Euangelicæ lucis amore ſimul exarſerint. Prædicationi quoq. Diuinis datis ſignis fidem adhibet, adeò vt ſæua vi morbi languentes, per vrbis vias exponerentur, vt tranſeunte Petro, leui ſaltem eius vmbra tacti, priſtinę redderentur valetudini. Nec abs re Petri vmbræ, eandem planè, ac corpori ipſi inſitam vim, plerique acri ingenio viri notarunt, vt ex tanto myſterio, Petri ſucceſſores, & ſi plerumque à Petri probitate deuios, quia tamen eandem Petri, magis quàm vmbra ipſa referunt perſonam; eodem, quo Petrus in Terris hono-

Petri prędicatio, & miracula.

re

re colendos,eandem ad animi ægritudines propellendas, vim poteſtatemque conſequutos appareret.

Eccleſia miris incrementis augeſcente, rurſus hoſtilis erupit furor. Euangelici nuncij propagationem haud æquo ferebant Phariſæi animo;crebris minis Petrum,Apoſtolos, cæteros ab incepto deterrent: mox ad Annam Pontificem vinculis alligatos, duci, atque in cuſtodiam tradi obtinent. At Diuino Chriſti præconio, nullæ mortalium opes, vireſque aduerſus Eccleſiam Diuinitus fundatam,præualituræ erant;non minis, non terroribus Chriſtiana res impeditur; proxima nocte Angelus è Cælo demiſſus vincula ſoluit, educitque è cuſtodia. poſtquam liberos emiſit,monet,forti animo verba vitæ mortalibus tradant. Haud cunctanter cæleſtibus monitis obtemperatum: vbi primũ illuxit,in Hieroſolymitano Templo ingenti populi affluẽtia Euangelij propagant nuncium. Annas interim prima luce concilio aduocato, coram ſe, cæteriſq. proceribus Apoſtolos ſtatui mandat: miſſi qui ducerent, vbi ad carceris limen deuenerunt,ſpe fruſtrati,peruigiles cuſtodientes milites, oſtium clauſum, integra omnia, cæte-

cæterùm æde perſcrutata Apoſtolos non inueniunt. Mox iteratæ prædicationis per vrbem increbreſcit rumor; protinùs ad Templum conuolant: nulla adhibita vi, ne fortè in varijs populi voluntatibus acrior ſeditio, tumultuſque inſurgeret, ad Pontificem ducunt; conſultatum ibi aduerſus exurgens incendium de remedio; placuerat primò vltimo rerum humanarum ſupplicio tolli; dein volutatis inter ſe rationibus, vicit Gamalielis magna apud populum authoritate viri, ſententia, qua tantam in medio ſurgentem molem, ſi diuinitus fundata non foret, breui ſponte ſua lapſum ituram aiebat. Huius ſententiæ & ſi acquieuere, non omnino probris, fæuitiæque temperarunt: virgis cædunt. Tùm primùm pro Chriſto contumeliam pati, digni habiti, læti è concilio Apoſtoli abiere. Alacri conſtantia in incepto perſiſtendo pullulabat, ſurgebatque in dies noua proles. Eam adeò vnanimem, adeò concordem, amor, ſpes, fides reddit; vt paternis, auitiſque bonis ſe abdicantes, domeſticas quiſque copias ad pedes Apoſtolorum, quorum arbitrio cuncta regerentur, eſſentque inter omnes omnia communia, certatim deferrent; procul ab

Ab hoc Gamaliele Paulus Apoſtolus legis doctrinam vna cum Stephano diacono acceperat. Ex Luca actor. 22.

omni

omni cupidine, ab omni ſollicitudine degentes, ſpem omnem in eo, à quo omnia eueniunt, ardenti fide collocant; concordem animum, mutuum amorem ſolidas cenſebant diuitias.

In tanta omnium de rebus omnibus concordia, Ananias, ſaffiraque vxor, paterno agro vendito, in medium pecuniam conferunt: at dum piæ largitati, dolum miſcent, clàm, occultèque pretij partem retinentes; mirum prodit Lucas, Petrum adeò acri, vehementique ſpiritu, ſimulationem, dolumq. obiurgaſſe, vt protinùs contremefacti exanimes corruerint. Inſigne certè poſteritati futurum id documentum, dum non modò patria, auitaque bona, ſed quæ alij pia largitate in Eccleſiam tot annorum ſæculis congeſta, cæteris diſpartienda contulerunt; vni ſoli, potiùs nulli profutura ſæpè à pleriſque reconduntur; paucis carior virtus, quò rariores aurum non ſeruando, eò præclariores erogando. At primæua illa ætate, procul à luxu, procul à dominandi cupidine, ſorte ſua quiſque contentus, non opibus, ſed de virtute alter cum altero contendere, quò maiori in alios beneficentia, eò clarior habebatur: tàm procul ab inopia,

quàm ab auaritia degebant; tradit certè Lucas, neminem in tam diffuſa multitudine inopia laboraſſe; adeò pia largitate in medium collatis copijs, cuncta vt res exigebat, diſpartiebantur. Vbi pecuniæ ſtudium irrepſit, cũcta interuerti cæpère, namq. auaritia inſatiabilis eſt, neq. copia neque inopia minuitur; locũ bonis artibus, virtutique adimit, dùm non ſuus eis honos rependitur, ſemper dira cupidine æquè animum, corpuſque angit; maiores noſtri libentius ſua erogabant, quàm hodie fortè aliena à pleriſque reconduntur; propenſo ſtudio, prono in egentes animo, patrijs, auitiſque ſe exuebant bonis: nec mirum, nam vt tradit Lucas, ad verum vitæ pabulum, quod è Cælo deſcenderat, quodque ſub panis ſpecie latebat, ardenti ſpe, fideque eis patebat aditus. Placuit propterea vniuerſo fidelium congregato cætu, ſeptem eligi viros, qui non modò ſacris dapibus miniſtrando inſeruirent, ſed menſis quoque dùm ſimul veſcerentur, cura ac regimine præeſſent. Erat enim tùm mos, vt D. Ignatius qui Apoſtolorum tempeſtate floruit, in epiſtolis indicat, vt corporis cibo, ſacrum ſub ſpecie panis, quo animum, mentemque fouerent, pabulum,

Septem eligun. tur Diaconi.

Chriſti corpore ſub panis ſpecie fideles ab exordio naſcentis Eccleſiæ veſci conſueuiſſe, tradit D. Ignat. qui ea tempeſt. flor. in epiſt. ad Trall. & deducitur ex Luca Act. 11. iuncto eo quod habet Paulus epiſt. 1. ad Corinth. cap. 10.

Digitized by Google

lum iungerent: inde D. Paulus myſterium prodens, ad Corinthios in hæc fermè verba perſcripſit. *Panis quem frangimus nonne participatio Corporis Domini eſt?* Delecti ad tale munus fuère, Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanores, Timon, Parmenus, ac Nicolaus; hic ſolus aduena Antiochiæ ortus, cæteri ex Paleſtina; vniuerſi verò ſacris inſtitutis apprimè edocti, pietate inſignes, & Chriſti ex ſeptuaginta diſcipuli. eos deinde à græco ducto vocabulo, Diaconos placuit appellari. Inde ex tam veteri inſtituto, hodie quoque mos manet, vt presbyteris, dum ſacras dapes vel conferunt, vel conficiunt, Diaconi adiungantur.

Nec modò viri, ſed & mulieres hoc nomine antiquitùs inſignitæ; nam Diaconiſſas, Presbyteras, Epiſcopas, apud D. Clementem, ac D. Gregorium Pontifices inuenies; *Cum illuminantur*, inquit, Clemens, *mulieres, Epiſcopus vngit frontem, & Diaconiſſa abſtergit*. Verùm longè alia ſignificatione ita appellatas, Concilium Nicenum edocet, nam nullo ſacro initiatæ ordine, nequaquam ad altaris miniſterium admittebantur, cùm merè laicæ cenſerentur. At dùm viri alligati coniugio, ad Diaconatus,

Ab Nicolao Diacono Nicolaitas emanaſſe, qui voluptatibus, carniq. indulgendo, per eas ad beatitudinem parari iter edocuere; tradunt Iren. lib. 1. Tertul. de præſcrip. alijq. contra Ignat. in epiſt. ad Trall. Clem. Alexandrinus, alijque ſcibunt: nam ſine Nicolai crimine falsò eius nomine inſignitos voluere, quos refert & ſequit Baron. ad annum Domini 68.

Diaconiſſæ, Presbyteræ, Epiſcopæ, antiquitùs, qua ſignificatione, & quod earum munus ex D. Clem. lib. 3. Conſt. cap. 15. D. Greg. lib. 4. Dialog. 11. concil. Nicen. can. 19. & Concil. Turonen. 11. cap. 13.

Digitized by Google

Presbyteratus, Epiſcopatus munus, vtroq. deinde coniuge cælibem vitam acturo, aſſumebantur, decorabatur in cælibatu mulier, viri nomine; pijs etiam Eccleſiæ functionibus præficiebantur; quod ideo notatum volui, ne res tàm antiqua, pronis ad errorem hæreticorum mentibus, tenebras offundat.

Stephanus fæuientibus hoſtibus ſe opponit.

Nec tulit Stephanus, ſapientia, & fortitudine præclarus adoleſcens, Principes, populumque in Chriſtianam prolem fæuientes; acerrimè, perfidiam, crimen, dictis, prodigijſque increpare, ex Moyſis, Prophetarumq. vaticinijs Diuinum Saluatoris aduentum facundè confirmare. Tanti iuuenis eloquio, imparem ſe Iudæi ſentiebant; conuerſu facto clamore turbant, minaciter fremunt. Stephano cui mors imminebat, ſimul & immortalis gloriæ corona parabatur, apertis Cælis ſumma præfulgens luce, Ieſus à dextris Dei ſe oſtendit; intrepidè, hilariq. voce, cum id irrumpentibus, protinùs nunciaret, improuiſo miraculo infidi hoſtes perculſi, vnà impetu facto, per portam, quæ vergit ad Aquilonem, & ducit ad Cedar, poſtea Stephani porta appellata eſt, mille paſſibus à Ieroſolymis ſanctum iuuenem trahunt; vndique in eum certatim ſaxa

conij-

Digitized by Google

conijciunt. Iamque ſaxorum procellis propè demerſum, penè cruentum, inſigne fortitudinis, ac clementiæ exemplum prodijſſe è ſacris literis accepimus; nam Domini, ac magiſtri morem exemplumque imitatus, pro ipſis inimicis dùm mortem incutiunt, enixè ad Deum preces effundit. Erat inter eos Saulus hoſtilem fouens furorem, in impietate facinoris tam dignum interceſſorem nactus, vt non mirum ſi Auguſtinus alijque celebres Patres, precibus Stephani, Deo miſerante expugnatam perfidiam referant, adeò vt in tempore memorabo, ex inſigni oppugnatore, mirus fidei propagator euaſerit. Octauum fermè poſt menſem, quo Ieſus triumphali reditu, Cælos conſcenderat, hæc Stephanus ipſo ætatis flore gloriosè perpeſſus ad Cælos primæua martyrij decoratus palma, die XXVI. Decembris conuolat. Vbi iuuenis cruentum corpus, exanime in Terram cecidit, concurrunt fideles, quoties vulnera, liuorem, ſanguinem oculos perluſtrant, lacrymas prorumpere, oſculis, lacrymis, pium dolorem lenire, ſimul dum ſtrenuum pro Chriſto certamen recolunt, lacrymis lætitiam miſcent, dolore temperant; diu, noctuque eodem in loco,

Saulus veſtium lapidantium cuſtos. ex Luca Actor. 7. de quo D. Aug. ſerm. 1. de ſanct. ſi Stephanus, inquit, non oraſſet, Eccleſia Paulum non haberet.

quo corruerat, hoſtium facinore inconditum manſit; tandem precibus Gamalielis victi, vt in eius villa xx. ab vrbe lapide, & in nouo monumento conderetur conceſſere: adeòque rarus, ac eximius in Stephanum fuit fidelium amor, vt Lxx. continuatis diebus, ſicuti ex literis eiuſdem Gamalielis apud Lucianum presbyterum conſtat, funebria concelebrando conuenirent; vt non immeritò Lucas, planctum magnum ſuper eum factum fuiſſe affirmet: quod non tam ad plangentium fatigationem, quàm ad funeris pompam indicandam perſcriptum Hieronymus eſt author. Nec vllo temporis curſu obliteratus honos, nam eodem in loco, vbi lapidibus Stephanus obrutus cecidit, Eudocia Auguſta, Theodoſij Imperatoris vxor, quadringenteſimum ferè poſt annum, cùm Hieroſolymam peregrinationis voto ſe contuliſſet, magnificum Templum erexit. Ibidemque ſaxa, quæ ſacro cruore reſperſa aſſeruabantur, repoſita; nonnulla etiam hodie in Italia, tùm alibi, tùm & Anconæ conſpiciuntur. Corpus verò innumeris præclarum miraculis Conſtantinopolim defert, inde à Pelagio primo Rom. Pontif. Romam tranſlatum, ſolemni honore

Stephani, funus de quo Gamaliel apud Lucian. presbyt. in epiſt. de inuent. Corp. & D. Hieronym. epiſt. 25. ad Paulam.

Templum Stephano ab Eudocia Auguſta quæ floruit anno Doñi 421. Hieroſolym. erectum. ex Euagr. in hiſt. & Marcell. in Crō.

honóte in agro Verano, vnà cum Corpore D.Laurentij conditum; quò remotior, eò anxiùs pij iuuenis reliquias, inſtrumenta cædis, cineres, poſteritas conquiſiuit.

Non hìc conticeſcit ſæuus hoſtium furor, naſcenti Eccleſiæ antequàm tantum adoleſceret, quantùm adulturam metuebant, extrema moliri parant. Vt inſigne facinus per inſignem perpetrarent, virum, Saulum Tharſenſem, familia mobilem, de Tribu Beniamin, ſed ciuitate Romana donatum, ad Eccleſiam deuaſtandam delegant. Nec is cunctatus ad facinoroſum opus ſe accingere, quocumque incedit armatorum manu, terrorem, pauoremque incutit. Non ſexus, non ætas feroci oppugnatori miſerationem affert; viros iuxtà, ac mulieres, vinciri, ligari, in carcerem tradi iubet. Tùm verò cerneres, recentem Chriſti prolem, timore perterritam, per finitimas Samariæ, ac Iudeæ regiones, ſparſim, ac vagè diſſipari, atque diffundi. Omnes quotquot erant, è coniuratorum manibus elabi nituntur. Fuere etiam, qui vlteriùs progreſſi, Pontum, Galaciam, Cappadociam, Aſiam, Bithyniam peragrarent. Hi deinde aduenæ diſperſionis, ſunt appellati, ad quos non modò Petrus,

Fideles, qui in varias Prouincias hac tempeſtate ſe diffuſêre, ijdem fuiſſe creduntur, quibus D. Petrus perſcribit epiſt. dùm ait electis aduenis diſperſionis, & Iacobus, dùm ſcribit, duodecim Tribus, quæ ſunt in diſperſione.

trus, ſed & Iacobus, epiſtolas, quæ diuinis refertæ doctrinis inter Miſſarum ſolemnia recitari conſueuère, direxerunt. Inde Paulus ad Galathas in hæc fermè verba ſcribens, *O inſenſati Galathæ quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, in vobis Crucifixus?* dùm ante eorum oculos Chriſtum Cruci affixum affirmat, profectò ad eos ſermonem dirigit, qui Hieroſolymis pulſi, Galaciam ſe contulerant. Tùm quoque Lazarum, Mariam Magdalenæ, ac Martham ſorores nauigio impoſitos, Marſiliam; Ioſephum ad Arimathia Britanniam appuliſſe memoriæ proditum. Hoſtili ſæuiente furore dum alios aliò timor diſſipat, rem mirã tradit Lucas, ſolos Apoſtolos, quorum cauſſa excitatus furor Hieroſolymis, perſtitiſſe; ſeu latebræ, ſeu cælitum opes, eos texère.

Lazarus & ſoror Marſiliam appulere. ex Actis Magdal. Ioſeph. ab Arimathea Britaniam. ex hiſtor. Anglicana manuſcripta, quæ habetur in bibliotecha Vaticana.

Recens damnum, naſcentiſque Eccleſiæ decrementum, Philippus, qui inter ſeptem Diaconos vnà cum Stephano adſcriptus erat, vbi Sammariam adijt, illuſtri aliquo opere compenſandum ratus, fælicem, fauſtumque Sammaritanis Euangelij dat nuncium; Vnigenitum Dei filium humana indutum natura in Terris apparuiſſe: ipſe

Philippus diaconus in Sammaria, Euangelij dat nuncium

idem

idem eſt, inquit, humani generis reparator redemptorq. ad immortalem, perennemq. vitam dat aditum; inde ad abſtergendam in poſteros omnes, à primo parente dimanatam, diffuſamque luem, ſponte Crucis tormentum moriendo ſubijt; at vbi primùm tertia illuxit dies, rediuiuus è ſepulcro ſurrexit: benignè, comiterq. deinde xxxx. dierum ſpacio cum diſcipulis morando, abdita Prophetarum vaticinia, Diuina Paradiſi arcana aperuit; ad Cælum denique patremq. vt par erat, triumphalem fecit redditum; erigite ergo vos tandem, à ſubdolis, ac inanibus, ad perenne bonum. immortalem vitam, æterna pręmia, ſtabilẽ in Cælorũ Regno ſedẽ, modò ad hęc ex tota mente anheletis, propono, prædico, vice illius promitto.

Non admodum difficile erat, tam abdita arcana Sammaritanis, qui Chriſtum viderant, & audierant perſuadere; ſed magus quidam nomine Simon inanibus, fictiſque prodigijs obſtabat: Is talem, tantamque fallacibus ſignis, apud Ciues authoritatem erat adeptus, vt ſummos pariter, & infimos, ſibi addictos, ſuo regeret arbitrio. Philippus crebris ſignis, Euangelij prædicationem eò acriùs confirmare; tandem ingenti ardore

Simon magus à Philippo Diacono fide illuſtratus.

eadem

eadem ſæpiùs repetendo, ſuperior apparuit, euanuitq. ad Euangelicã lucẽ malis artibus parta authoritas. Quin Simõ ipſe, aliorũ per. fractus exemplo, baptiſmũ petijt, & obtinuit

Quæ hoc loco ex Luca Actor. 8. traduntur, de confirm. Sacr. intelligenda eſſe, ſcribunt D. Ignat. epiſt. 13. D. Cypri. epiſt. 77. D. Hieronym. contr. Lucifer. qui etiam ſacri authores ex hoc loco deducunt Eccleſ. Hierarchiam.

Harum rerum fama, Hieroſolymam ad Apoſtolos perlata, vnanimi voto decreuere, nuper renatam prolem, Confirmationis Sacramento roborandam, & quia cæteros ad agonum certamen confirmare, Præſulum in primis eſt munus, Petrus ad illud idem peragendum opus, comite Ioanne ſe confert. Ibi ingenti fidelium congregato cætu, fundunt vterque pro circumfuſa turba ardentes ad Deum preces; orant, vt inuiſibiliter elargitam gratiam, viſibili aliquo, certoque ſigno & demonſtraret, & adaugeret, ſimul & ſingulis aduocatis, imponunt vnicuique manus, miraque lux è Cælo delapſa, protinus vniuſcuiuſque mentem, animumque replet. Apud Ignatium, Cyprianum, Hieronymum ſanctitate, & doctrina celebres authores inuenio, inde exemplum in Catholicam Eccleſiam emanaſſe, vt ſolis Epiſcopis, qui Apoſtolorum loco ſucceſſerunt, Confitmationis concederetur miniſterium: Idque vnum argumentum, ex Apoſtolorum exemplo petitum, dum Philippus

Diaco-

Digitized by Google

Diaconus veluti inferioris gradus vir, eos quos fidei compararat, Confirmationis Sacramento roborare non audet; Ecclesiæ Hierarchiam, ordinemque, limpidissimè contra nouatores Hæreticos demonstrat.

Manu imposita cùm eam è Cælo delabi lucem vidisset Simon, extemplò prauo viro prauum suum redijt ingenium; cupidine tale adipiscendi munus, pretio, pecuniaq. oblata sibi venundari ab Apostolis rogat. Pecuniæ studiũ locum bonis artibus adimere, omnia subuertere, dùm non suus virtuti honos rependitur, pessum Ecclesiã ituram, si auaritiæ monstrũ eam occuparet Petrus intelligebat; multis, & acriter hominẽ increpando, obiurgandoq. sacrilegam infringit audaciã, nec tamen adeò depressit, vt non reuiuixerit facinus, retinetque hodie ab authore nomen, diris semper ab Ecclesia pœnis insectatum, nunquàm satis eliminatũ, auri cupido nullo pretio comparanda venalia constituit, nec satis scio venditores plures, an emptores inuenias, adeò magis Terrenarum rerum lucrum, quàm cælestium iactura in auaro sæculo mortalium mentes plerumq. stimulat. Petrus in incepta fide firmatis fidelium mentibus, per intermedios pagos

Simoniacæ labis initium â Petro reprimitur.

Euange-

Euangelium propagando, Hieroſolymam eodem comite Ioanne ſe recipit. At Philippus tantarum rerum incremento lætus, contra meridianum per viam quæ Ieruſalem ducit ad Gazam flectit iter. Ea incedenti Eunuchus Candaci Aetiopiæ reginæ apprimè carus, quem vniuerſis opibus, gaziſque moderatorem, & arbitrum præpoſuerat, ſe obuiam dedit. Ex Hierolymitano Templo quò ad celebrandum Paſcha ſe contulerat, in patrias redibat ſedes: medio itinere curru vectus, Iſaiæ librum aperit, legitque vaticinium. Inde non leuis coniectura nequaquàm ex gentibus, vt Euſebius tradit, ſed potius proſelytum, Moyſis Legi addictum fuiſſe. Eo vaticinio habebatur.

Eunuchus Reginæ à Philippo illuſtratus.

Omnes Aethiopiæ Reginæ Candaces, ſicuti Aegipti Reges, Pharaones appellabātur teſte Strabon. lib. 17.

Tamquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut Agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum: in humilitate iudicium eius ſublatum eſt. generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de Terra vita eius.

Cum in tam aperto Oraculo anxius hæſitaret, Philippus aptè occaſionem aucupans, currum inuitatus aſcendit, mitem illam ouem, non aliud quàm Chriſtum prænotare, qui author vitæ cum eſſet, ad redi-

mendos

mendos mortales mortalitatis natura indutus ſæuiſſima morte in Crucis ligno mitiſſimè occubuerit, multis ſcripturarum teſtimonijs demonſtrat. Tanto Sacramento rei attonitus Aetiops, ſimul & Chriſti exardeſcens amore, vbi fontem inuenit, baptiſmum precatur, & impetrato, protinùs ab hominis conſpectu Angelica vi Philippũ abreptum, Cæſaream perueniſſe tradit Lucas. At Eunuchum ad patrias ſedes reuerſum, non modò, quæ à Philippo audierat, in Aetiopia, ſed in Arabia, atque in Inſula Taprobana, tandem ad martirij coronam euectum fuiſſe, authores ſunt Cyrillus, Euſebius, & Dorotheus. Hæc fermè poſt Chriſti ad Cælos adſcenſum in Eccleſia geſta, anno primo.

Cyrillus Catacheſi 17. Euſeb. 20. hiſt. 1. Doroth. in ſynopſi

Proximo vertẽte anno, Sulpicio Galba, & Corn. Sulla Coſſ. acrior Sauli in Eccleſiam inualeſcit furor; nam iuuenis ardentis animi, minis promptus, minarum executor haud minor, quò liberiùs fideles inſectaretur, literas, facultatemque à Sacerdotum Principibus petit. Vbi eas obtinet, frequenti ſociorum ſtipatus agmine, ad facinus pergit. incepti facinoris improuisò intercluſa ſpes, Diuina renitente voluntate, ſubdo-

Saulus acriùs Eccleſ. inſect.

ſubdolas, failaceſque Hominum prouidentias fore, inſigne documentum humano generi dedit. Ad altiſſima rerum initia, Saulum ducente Deo, cùm Damaſcum propinquaret, è Cælo repentè delapſa lux, hominem circumfulget, in Terram præ ſtupore ex equo delapſo, *Saule, Saule quid me perſequeris?* inacceſſibili præcinctus luce Ieſus proclamat; ille repentino, ſubitoque horrore perculſus, vix in hanc vocem, *Quis es Domine, quid me vis facere?* prorupit; accepto Diuino reſponſo attonitum, ſtupidum, præ fulgore cæcutientem, Damaſcum Comites ducunt; triduò eo ſplendore allucinatus cæcutiens permanſit; at illa oculorum caligine ad mentis lucem ſe patefaciebat via; nec niſi per virum, quem hoſtiliter inſectatus fuerat, ſalubrem conſequutus opem; per Ananiam, qui eius declinans furorem, Hieroſolymis Damaſcum confugerat, vtraque corporis, mentiſque illuſtratur luce; ſalubri baptiſmi aqua abluitur, ſimul priſtinæ luci reſtituitur. Ita inſignis Eccleſiæ oppugnator, longè à mortalium expectatione, mirus euadit Euangelicæ fidei propagator; XXXIII. vt Cryſoſtomus ſcribit, tùm Paulus agebat ætatis annum; nec pugnan-

Sauli conuerſio, quam contigiſſe hoc anno, VIII. cal. Ianu. receptior eſt opinio. Tùm verò XXXIII. ætatis annum egiſſe, ſcribit D. Cryſoſt. in homil. de Princip. Apoſt. dũ ait Paulum, 68. annos vixiſſe, ex quibus 35. Deo ſeruiſſe.

Ananias Saulũ baptiſmate perluſtrat.

pugnantia loquitur D. Lucas, dùm eum adoleſcentem appellat: nam græca vox habet, Neanias, quæ non tam ætate adoleſcentem, quàm audacem, vehementiſque animi virum, ſignificat.

Subitam tanti viri mutationem cunctis admirantibus, Chriſti fideles non vinculis alligandos, Chriſto rerum Domino, Regi immortali credendum nunciat. Age ſanè, vt non minori ſtudio Eccleſiam propagaret, quàm paulò ante deuaſtare molitus erat, acceptum à Chriſti ore Euangelium in Arabiam deferre properat. Nec pugnantia loquitur Lucas, dum in Apoſtolorum actibus Damaſco Hieroſolymam petijſſe enarrat; nam id ita accipiendum, vt poſt peractam in Arabia prędicationem, Damaſcum, mox Hieroſolymam petierit. Rem verò ita ſe habuiſſe, eiuſdem Sauli, qui & Pauli nomen deinde obtinuit, ad Galathas literæ in hæc fermè verba. *Neque veni Hieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos, ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum, deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam videre Petrum,* ſatis declarant.

Saulus in Arabiam Euageliũ defert. Lucas Actor. 9

Iam tertio accedente anno, qui XXXVI. à Chriſti natali fuit. P. Fabio, & L. Vitellio

Nepote

Nepote Coſſ. Principes, quorum decretis, conſilijſue, Chriſtus Cruci fuerat affixus, infandi criminis luere cæpère pænas. Numquam impunitum facinus manſit, nec virtus ſine præmio. quòd ſi aliquando proſperiora facinoroſis eueniunt, acriùs deinde immutata vitæ conſuetudine aduerſis afflictantur: quò ſerior, eò grauior paratur pæna. Caiphas Pontifex Pontificatu à L. Vitellio Proconſule, dum prouinciam perluſtrat, amouetur; nec longè poſt, dolore anxium mortem ſibi conſciuiſſe D. Clemens eſt author. Non abſimilis vitæ exitus, Pontio Pilato Præſidi fuit, nam cum in dies venalibus ſententijs graſſaretur, cauſſam dicturus Romã vehitur, mox inde Vienniam Galliæ exilio propellitur. Biennio ibi morando, infelicis tandem vitæ pertæſus, malorum compendium, mortis celeritate quæſiuit; propria manu ſe confeciſſe, tradunt Euſebius, Ado viennenſis Epiſcopus, alijque ſcriptores.

D. Clem. PP. 8. Conſt. 1. Pilatum criminoſum Præſidem fuiſſe, tradit Philo de legat. ad Caium.

Euſeb. poſt alios in Cron. & Ado Vien. item in Cron.

Anno IV. qui XXXVII. à Chriſti natali fuit, Caius Ceſtius Gallus, & ſeruilius Rufus Coſſ. erant. Eo anno Saulus ex Arabia vbi ſtrenua virtute, facundo eloquio Euangelij lucem propagarat, Damaſcum redit. Ibi poſt quàm Chriſti arcana nunciaſſet,

parùm

parùm abfuit, quin per inſidias interficeretur: ægrè ferebant Iudæi, talem tantumque virum ex acerrimo legis æmulatore, transfugam factum; irarum pleni acribus cuſtodijs vias, portaſque Ciuitatis ſepſerant; occultam intentabant, intuliſſentque necem, ni prodentibus amicis inſidiæ detectæ. In ſportã immiſſus ex vrbis menibus clàm per funes demittitur. Ita eluſis inſidijs, Hieroſolymã, vt Petrum A poſtolum Principẽ inuiſendo obſequium redderet, ſimul de ijs, quæ in Arabia geſſerit certiorem faceret conferretque cum eo, vt ipſe eidem ad Galathas ſcriptum reliquit, quod in vniuerſas gentes delaturus erat Euangelium, ſe confert. Ex Pauli erga Petrum obſequio, dum Apoſtolus, dum gentium doctor, de eo, quod è Chriſti ore Euangelium acceperat, Petri rimatur mentem, ſciſcitaturque cenſuram; mirari libet, rebelle noſtra ætate hæreticorum ingenium, inania contra Pontificum vota, qui Petri loco ſucceſſere effundentium mendacia. Eccleſia Heraclius, lydiuſque eſt lapis, quo vera à falſis ſecernas; aptè inde D. Aug. qui mirà ſanctitate, ac doctrina præfulſit, ne Euãgelio quidẽ ſe creditũ affirmat, ni catholicę Eccleſię moneret.

Saulus per funes è muro demittitur.

Saulus cum Petro, Hieroſolymis Enang. confert.

D. Auguſt. contra Manich.

authoritas. At inanes viri, eò iactantiùs hodie ſua proferunt, quò magis à Catholicæ Eccleſiæ ſenſu declinant; gaudentque vacui virtute, inani nouorum dogmatum gloria.

Poſt mutuum amplexum diùque inter ſe loquuti, Saulus ad plebem, populumque conuerſus, Diuina pandit, confirmatque arcana; nec ægrè mentes eam tulere lucem; dum ad perennem vitam oſtendit, paratq. aditum, mortem, necemque ei moliuntur, è medio tollere parant. Immaturè is, qui mox matura virtute, vniuerſum penè orbem edocturus erat, peremptus foret, ni enixis fidelium ſollicitatus præcibus, aliò ſe contuliſſet: ingenti fidelium comitatus agmine Tarſum confugit; quantùm ante prædicatione, tantùm tùm profectione Eccleſiæ conſuluit; nam protinùs eo abſente furentes miteſcunt iræ, hoſtileſque ſedantur procellæ, illuxit tandem cunctis, ſerena, tranquillaque dies, lætaque pace Eccleſia fruitur.

At Petrus non vno, aut altero oppido, ſed vbique terrarum Eccleſiæ tutelam ſibi demandatam intelligens, non modò finitimas, ſed exteras regiones perluſtrare agitat animo.

Anno

Digitized by Google

Anno V. quinto Plautio, & ſex Papieno Coſſ. Galileam, Sammariam, Paleſtinam peragrat. Ingens ibi multitudo, Hieroſolymis dum Saulus in Eccleſiam ſæuiret pulſa, exulem vitam agebat. Eos cum adiſſet Petrus, paterno monet amore, vt in incepta vocatione, alacriter, fortiterque perſiſtant, ceſſaſſe hoſtiles incurſus, hoſtiles furores; Saulum illum acerrimum Eccleſiæ inſectatorem, non modo ex hoſte amicum, ſed ex oppugnatore, inſignem propagatorem factum; ad altiſſima proinde rerum initia erigerent animos; confidere propediem, Euangelicam lucem per vniuerſum Terrarum orbem diffuſum iri: ipſorum verò atrox exilium, perenni fælicitate, cumulatiſſima bonorum omnium affluentia, & copia compenſandum. His alijſque eodem pertinentibus, exulum permulcebat animos crebris quoque miraculis, languentibus, ægriſq. corporibus ſalubrē afferebat opem, eò maior dictis fides, nec ſatis ſcio ægritudines tollendo, languenti corpori magis, an animo mentique ab firmatam perennium bonorum ſpem leuamen. Cum Lyddam, quod mari mediterraneo adiacet oppidum; ſed à Veſpaſiano Imperatore iudaico in

bello incendio datum, mox refectum, Dioſpolis nomen obtinuit, perueniſſet; paralyticus, cui Aeneas nomen, octo ferme annos in grabato detentus ſe ſe medius offert. Eum Petrus conſpicatus, protinùs in Chriſti nomine aſſurgere iubet; ille ſtatim membrorum vſu recepto, ſe ſe foras proiecit, obtinuitque momento temporis obdurato tot annorum ſpacio morbo leuamen; eò gratior ſalubris Petri virtus, quò minus expectata, magiſque improuiſa fuit.

Aeneas paralyticus.

Tanti perpetrati miraculi percrebuit repentè rumor. Fortè eo penè tempore Ioppe, haud longè diſſito oppido, Tabites puella Petri alumna, ac in fide diſcipula, in ſummum vitæ ducta diſcrimen, diris detinebatur languoribus. Parentes nullam humanis in opibus ſpem reliquam intelligentes, ad Petrum vertunt præces; nec is opem detrectat; at ante quàm inceptum abſolueret iter, puella peragit vitæ ſpacium; iamq. expirarat, cum Petrus aduenit: Mater, cæteræque mulieres, crinibus paſſis multis cum lacrymis, aduentanti obuiam factæ lugubrem funeſtumque dant nuncium, ſimul & veſtem, quam ei contexerat puella, oſtendunt. Obſequium, amor, triſtis mor-

Tabites puella ad vitam reuocatur.

tis

tis imago, vtrinque reintegrat, quem protinùs Apoſtolus in lætitiam vertit dolorem; puellam manu apprehendit, nomine nuncupat, dicto illa obtemperans, proſilijt; eam ipſam, quam mortuam luxere, viuentem muliebri agmini, eò maiori omnium cum gaudio, quò nulla magis irrecuperabilior vitæ iactura, nullum carius lucrum, reſtituit.

Diuinis hiſce datis ſignis, mirum in modum in incepto firmabantur fidelium animi; vnde haud mirum, ſi deinde inter ærumnas, hoſtiles furores, immanes cruciatus, fortiter perſtitère. Moramque de iuduſtria eodem in loco pertraxit Petrus. vir exiguis opibus, nam manuum opificio victum ſibi quærebat, probæ tamen virtutis, ac bonæ frugis, cui Simon nomen, benignè, comiterq. domi recipit. cum ad appoſitam, paratamq. menſam accederet; abditum arcanum per occultas aperitur ambages: ingenti magnitudine vniuſcuiuſque animantium generis repletum vas è Cælo demittitur: pleraque animantium reptando, nonnulla gradiendo, volatu cætera, vagè, fusèque per vaſtiſſimum vas diſcurrentia ſe ſe oſtentabant. Petro hæſitanti, quid nam tantarum rerum

portenderent ambages *Macta,& Manduca*, ter eſt data è Cælo vox: ſimul, & tribus à Cornelio Romano Centurione dimiſſis nuncijs, Cæſaream adire rogatur, nam ibi cohortem Italicam in præſidijs detinebat. Et cæleſti monitus voce, inſimul à gentili accerſitus viro, extemplò intellexit Petrus, ritè ſe quamuis natione hæbreus, prima religionis exordia, per Moyſis legem accepiſſet, poſſe cum gentibus nullo ciborum habito delectu, hoſpitia iungere, menſas miſcere, legalia Moyſis mandata extincta, vniuerſos in Eccleſiæ gremio fore mortales complectendos. ergo vt Diuinum adimpleret portentum, poſtera die, itinere arrepto, pleriſque eum comitantibus, Cæſaream pergit; auidè ibi Romanus Dux, cum amicis, propinquiſque omnibus, Apoſtolorum Principem opperiebatur. Eo aduentante, adorabundus Centurio, ad pedes ſe proijcit; vt aſſurgat monet Petrus, rogat ille, vt Diuina ſibi, ſuiſque de Chriſto panderet arcana; non renuit Petrus, tanto zelo id peragere inſtituit, vt ante quàm inceptum abſolueret ſermonem, mira è Cælo repentè delapſa lux, in circumfuſam vndique turbam circumfunderetur. eo cælitùs dato ſigno

Romanus Centurio.

baptiſ-

baptiſmate perluſtrari, abluique voluere.

Tùm primùm Romano Duce illuſtrato, gentibus ad fidem oſtium patefactum inuenio, nam etſi anteà in exteras nationes fideles commearint, tamen nonniſi ijs qui ex circumciſione erant, Euangelij propagaſſe nuncium Lucas ſcribit. Romæ fidei arx, religionis ſedes conſtituenda erat. Inde haud mirum, ſi inter vniuerſas gentes, Romano ante omnes Euangelium illuxerit; cæleſtia reſerata arcana.

Oſtium fidei gentibus patefactum.

Lucas actor. 11

Poſt hæc Antiochiam Petrus pergit. Ibi Pontificiam ſedem, Cathedramque erigere voluebat animo. Antiochia Syriæ vrbs, ad Orontium flumen ſita, totius Orientis Caput tùm erat; id in cauſſa fuit, vt ibidem ſedem deligeret, eamque ſeptem fermè annos ingenti fidei incremento teneret; donec per vniuerſum Terrarum orbem Eccleſia diffuſa, Romæ vbi arx imperij, religionis quoque arcem, ſedemq. in omne æuum vt in tempore memorabo firmaret. Haud inſcius ſum, mirum apud Lucam, qui Apoſtolorũ acta conſcripſit, ea de re ſilentium. Id tamen geſtæ rei nil planè derogat; nam non modò hæc, ſed pleraque alia, quæ ex D. Pauli Apoſtoli epiſtolis facilè colligas,

Antiochena ſedes à Petro hoc ànno erigitur. ex Euſeb. in Cron.

Lucas hiſtorici licentia, vt cum Hieronymo loquar, prætermiſit. Vt cumque ſit, Petrum hoc anno Antiochenam erexiſſe ſedem, Euſebius tradit; recepitque antiquitas; adeò, vt tantæ rei memoria, die XXII. Februarij, anniuerſaria celebritate ab Eccleſia recolatur.

D. Hieron. in epiſt. ad Galat. cap. 2.

Euſeb. in Cron.

Iamque gentibus fidei oſtio patefacto, Eccleſia mirum in modum adoleſcebat, propagabaturq. in longè diſſitas regiones, fides; cum vnus Iacobus Zebedei filius, nil prolatandum ratus, ante cæteros Apoſtolos remotiſſimas penetrando Terrarum partes, in Hiſpanias pergit. Cardinalis Baronius eruditione celebris author, quadriennio ante, eodem anno, quo Stephanus lapidibus conflictatus deceſſit, id eueniſſe cenſet; tùm etenim propter hoſtilem impetum, tùm cæteri fideles in varias ſe diffuſere prouincias, tùm præcipuè Ioſeph ab Arimathia Britaniam, Lazarus vnà cum Maria Magdalenæ, ac Martha ſororibus, Marſiliam, Iacobus Hiſpanias appulere. Pronus in eam abirem ſententiam, ni Lucas tùm Apoſtolos Hieroſolymis inter hoſtiles furores ſe continuiſſe ſcriberet, quare potiùs hoc anno, oſtio iam fidei gentibus patefacto, in Hiſpanias Iacobum

Iacobus Apoſt. in Hiſpania.

Baron. in notis ad martyrol. ſub die XXVI. Iulij.

Digitized by Google

cobum contendiſſe, eiſque Euangelicum propagaſſe nuncium, crediderim. Nec ſatis ſibi ipſi conſonus Baronius, quam anteà firmarat, alijs deinde editis libris retractauit ſententiam, propendetque in eam partem, vt non modò eo anno, ſed nunquam planè Iacobus Hiſpanias adierit. Tùm alia multa, quæ facilè refellas, tùm præcipuè eum mouet, quòd primus inter Apoſtolos, Iacobus martyrio clarus Hieroſolymis ſub Hero. de occubuerit; eodemque ſuffultus argumento, Rodericus Ximenus Toletanus Archiepiſcopus, qui Hiſpanicas res in hiſtoriam contulit, idipſum ſit inficiatus: quaſi verò non potuerit quatuor annorum ſpacio, nam tot poſt annos obijt, Iacobus peragrata Hiſpania, Hieroſolymam redire, ibidemque ſupremum obire diem. At Rodericus, non amore, non ira vacuus, ea prodijt; Compoſtellanum Antiſtitem, qui Apoſtolum eam erexiſſe contendebat Eccleſiam; eademque de cauſſa, ſupra Toletanum in Lateranenſi Concilio ſe extollere moliebatur, infringere voluebat animo; vnde haud mirum, ſi in eo Patrum conſeſſu, liberiori ore loquutus, tantæ rei, quam non modò recepit antiquitas, ſed præclari tradidere

Baron. in annal. lib. ad annum Domini 816.

In Concil. Lateran. ſub Inn. PP. III. anno Domini 1215.

didere authores veluti inſcius, non niſi à pijs mulieribus, & puerili ætate, Iacobi in Hiſpanias aduentum ſe didiciſſe ediderit. Id tamen Caliſtus II. Papa præclaris literarum monumentis edocuerat, Iſidorus præterea, & Beda teſtantur. Quare Roderici ſuſpecta fides; quòd etiam ſi amore, aut æmulatione vacuus fuiſſet; magis eſt, vt ab eo, Baronio etiam, quàm à Caliſto Papa, Beda, Iſidoro, antiqua etiam traditione in re, quæ Hiſpanorum pietatem, peregrinantium etiam vota fouet, recedam. Nec ſine numinis prouidentia contigiſſe reor, vt quod viuens Euangelij imbuerat luce, mortuus præſentia corporis decoraret Galeciæ Regnum; nam, vt in tempore proferam, cùm hoſtium perfidia inconditum corpus Hieroſolymis iaceret, fideles clam ſurreptum, nauigio impoſuere, detulitque ventorum impetus, eò quò viuens cæleſtis doctrinæ arcana inuexerat, decorauitque cineribus, quod anteà Euangelij decorarat luce Galeciæ Regnum. Datus ibi ab amatiſsimis diſcipulis ſepulturæ honos, latuit poſterioribus ſæculis, dùm Mauri, alijque fidei hoſtes, Regnum inuadunt: tandem octingenteſimo ſalutis anno, ſub Alfonſo

Caliſt. PP. II. in epiſt. de hac re. Iſidor. de vit. & mor. ſanct. Beda in Collect. Apoſt.

Caſto

Caſto Galleciæ Rege, acerrimo Catholicæ fidei vindice, ac Leone PP. III. inſigni miraculo, Compoſtellæ tumulus, ſacræque cineres patefactæ: extat ea de re eiuſdem Leonis celebre in epiſtolis teſtimonium, crebraque ibi miracula rem geſtam confirmant; vt haud mirum ſi vndique ex longè diſſitis Terrarum partibus, fideles eò peregrinando hodie quoque confluant.

Iamque ſextus à Chriſto ad Cælos adſcenſu, ab ortu vero xxxix. voluebatur annus, Cn. Proculus, & Pontius Nigronius Coſſ. erant. Eo anno Tiberius ſupremis conceſſit, poſt quàm ſex fermè menſes ſupra duos & xx. annos, rei Romanæ arbitrium tenuiſſet: adeò dictis, factiſque ambiguus, ac ſubdolus, vt eius vita apud prudentes variè extolli, arguiue poſſit; cæterùm rei Chriſtianæ non infenſus: Conſtat ex Egeſippo in hiſtoria, quam de excidio Hieroſolymitano conſcripſit, alijſque authoribus Tiberium per literas à Pontio Pilato Iudeæ Præſide, de ijs quæ per Chriſtum geſta erant, certiorem redditum, protinùs inter Deos coli voluiſſe. Retulit de tanta re ad Senatum; ſed in Diuinis manebat decretis, triumphale Crucis vexillum, non florentis

Tiberj Cæſaris morſ.

Egeſipp. lib. hiſt. 11.

Cæſaris

Cæſaris poteſtate, ſed inopis piſcatoris ſanctitate Romæ defigi; nec vnigenitus Dei filius inter Idolorum turbam, adorari par erat: igitur non acceperunt relationem Patres: Caius Gallicula ad Imperij faſtigium euehitur. Eius Pater Germanicus, ex Druſo fratre Tiberij ortus erat; ſanguine propinquus, ſummæ ſpei proximus, eò Principi inuiſus. Verebatur, quod euènit, ne nepos ex fratre, deſtinatum nepoti ex filio Imperium præriperet; ſpemque illam in iuuene fouebat Agrippa Herodis ſenioris ex Ariſtobolo filio nepos, in Galliculam propenſior: id altè in Tiberij pectus deſcendit; auertitque in ſe Agrippa, quam conceperat Cæſar, in Galliculam iram; catena vinctus in cuſtodiam traditur. At, quæ fato dantur, nec fatum quidpiam præter Diuinæ mentis ab æterno cauſſarum ſeriem prædeterminantis conſilium reor, per ea ipſa quibus euitare ſtudes ſæpe parantur. Tiberio extincto, rerum Caius potitus, Agrippa verò ex carcere ad Regnum euolat; regio diademate, perlatas ærumnas amico Caius rependit, creatq. eũ pro Philippo Itrureç, ac Traconitidis Tetrarcha, nulla ſuperſtite prole vita functo, Iudeæ Regem;

Agrippa in Regem à C. Cæſare coronatur. ex Ioſeph. 18. antiq. 8.

aureo

aureo quoque torque pro ferrea catena, pari pondere donatum in Regnum dimisit.

Anno VII. M. Aquilio Iuliano, & P. Nonio Aspernate Coss. nihil memoria dignum, quod ad nos peruenerit inuenio. Petrum Tabitem puellam ad vitam reuocasse tradit Baronius: aptiùs ni fallor, biennio ante ex Lucæ contextu, id enarratum.

Octauus annus qui XXXXI. à Christi ortu fuit; posteritati fælix; tùm primùm, quæ præclarè Christus in Terris gesserit, quæ docuerit, reseraueritque mortalibus arcana, literis commendantur: æquum erat, vt ea, per quæ ad perennem vitam, parabatur aditus, stabili monumento ad posteros deuenirent; Mattheus Diuino afflatus Spiritu, id præstitit. Is è telonio pecuniæ studio, opibusque intentus, ad Apostolatus culmen euectus, longè aliud, quàm quod agitabat animo lucrum enactus; eas ipsas, quas à Christi ore, nullo pretio comparandas, consequutus erat, affatim effudit mortalibus opes; primusque fuit, qui recondita magnalia, magnum Diuinarum opum thesaurarum aperiret; in idem deinde Marcus, Lucas, Ioannes longè interse diuersi; æquè tamen omnes veritati consonè insudauère;

Matth. conferibit Euang. anno VIII. post Christi ad cælos adscensum. ex Euseb. in Cron.

Mat-

Matthæus ab humana Carnis propagine, Ioannes à Diuina origine, Euangelij exorditur hiſtoriam; ille hæbraicè, Marcus latinè, Lucas græcè conſcripsère; diſſoni, diuersè, ſed veritati conſonè concordes: Euangelium propter lætum, Fauſtumque quod illis literis dabatur, humano generi nuncium, placuit appellari; magiſque hoc anno cum Euſebio, quàm xv. à Chriſti adſcenſu anno, vt Nicephorus, Diuinam eam Matthæi literis mortalibus impertitam lucem crediderim: conſtat namque antequàm per demandatas prouincias Apoſtoli ſe diffunderent, Euangelicam conſcriptam à Matthæo hiſtoriam: illam certè non modò Bartholomæum ad Indos profectum, detuliſſe, Hieronymus ſcribit, ſed & Barnabam vnà cum ea condi voluiſſe; anno quarto Zenonis Imperatoris, quo reconditæ cineres inuentæ illuxère, patefactum. Antequam verò decimus elaberetur annus, per omnes Terrarum partes, Apoſtolos ſe diffuſiſſe, non minus inter authores liquet; quare potiùs Euſebio, qui octauo anno, editum eſſe à Matthæo Euangelium tradit, adhærendum puto.

Niceph. lib. xi. cap. 41.

Anno ix. C. Cæſare iterum, & Pompo-

nio

nio ſecundo Coſſ. Antiochena Eccleſia, quæ trienniò ante, præclara per Petrum acceperat initia, inſignia per Barnabam, Saulumque incrementa accepit; exortumque ea in vrbe, quæ longè cæteris, Petri ſede anteibat, quod longè cæteris antecellit, Chriſtianum nomen: Barnabas, ab ineunte adoleſcentia cum Saulo coniunctiſsimè vixerat; nam vno, eodemque Gamaliele magiſtro, legis doctrina edocti fuerant: vnà igitur Antiochiam conuolantes; anni vnius ſpacio, adeò ingentem edocuere multitudinem; adeò prono animo acceptum Euangelij nuncium, vt iure tùm primùm, ad tam ingens incrementum Chriſtianorũ nomen prodierit: tùm primum fideles, qui anteà fratres, diſcipuli, credentes, ſancti etiam dicebantur, à Chriſto Rege authore, regali Chriſtianorum nomine decorati.

Chriſtianorũ nomen, quãdo & quibus initijs prodierit.

Fideles non modo fratres, diſcipuli, alijſque nominibus, ſed & ſancti appellãtur, apud Lucam Actor. IX. & D. Paulum in epiſt. ad Rom.

Dum hæc Anthiochiæ agerentur, Petrus cui vniuerſæ Eccleſiæ regimen, Galaciam, Cappadociam, Bythiniam, haud minoribus peragrabat incrementis.

Nec interim in Syria, atque Meſopotamia Thadæus minorem aggreditur rerum molem. Abagarum Regem, qui Edeſſæ in Syria tenebat ſedem, à diutina, ſæuaque

Thadæus Apoſtolus, Abagarum Syriæ Regem, firmæ reddit valetudini.

vi morbi, immunem reddit: ſimul vrbem miraculo obſtupefactam ab Idolorum cultu eximit. Sunt qui ſcribant, Abagarum ad Chriſtum, dum in Terris ageret dediſſe, accepiſſeque ab eo literas. Eas in publicis Ediſſenæ vrbis monumentis, inſpexiſſe ſe teſtatur Euſebius. Cui rei vt aſſentiar, eò ducor, quia per Chriſtum præclarè geſta, tùm in alias regiones, tùm præcipuè in Syriam, quæ finitima Iudeæ eſt, fama, vt Matthæus tradit, peruenerant; Abagarus Syriæ Rex fortè tùm diris detinebatur langoribus, concepitque protinùs ad famam Chriſti ope deſperatam pleriſque redditam valetudinem, magnam qua conflictabatur ægritudini ſpem, vertitque ad Chriſtum per nuncios, per epiſtolas præces. Libentiùs ſe quidem præſentem redditurum ei obſequium, exoraturumque opem perſcribit; ni id vnum obex, ac impedimentum, quod nonniſi Diuina eius ope propelli poſſet: orare propterea, optata præſentia leuamen; eò veniret, accederet, vbi ſi non pro dignitate, pro viribus ſaltem læto, libenti, deuoto excipiendus foret obſequio. Chriſtum in hanc ſententiam reſcripſiſſe ferunt. Miſſum ſe ad oues, quæ ex domo Iſrael perierāt,

Epiſtola Chriſti ad Abagarum Regem ex Euſeb. lib. 1 hiſt. 14. & Ephren Ediſſenæ vrbis Diacono, in opuſculo quod inſcribitur Teſt. Ephren.

altiſsi-

Digitized by Google

altissima, ac plane recondita Patris prouidentia, in Iudæa se detinere; at in tempore discipulum, alumnum, Apostolum ad eum missurum. Literis acceptis Christum inuisere, præsentemque conspicere, magis, magisque Rex exardescit; detinebaturque ardens animus languenti corpore. Tandem optatam præsentiam, effigie, atque imagine pensandam ratus, pictorem in Iudæam mittit; sed radijs ex Diuina magis, quàm humana facie coruscantibus pictorem allucinatum, ne incipere quidem potuisse, tradit Damascenus, quod tentabat opus; at quò minùs aggredi ausus, eò faciliùs obtinuit, nec irritus conatus fuit: Christus pallium faciei propinquat; protinùs impressa effigies emicat; fuitque idem prototypus, & author: vtraque deinde ex caussa, æquè carior Regi fuit; solemnique cultu recondita; quam deinde posteritas venerata, annua celebritate XVI I. Calen. Septembris Græci coluere; nam à nullo alio, quàm à Christo ipso promanasse, habitamque imaginem, Euagrius tradit, & Concilij Niceni secundi Patres, confirmasse videntur. Thadæus, fuerit ne ex duodenario Apostolorum numero, an ex septuaginta duobus discipulis,

Christi effigies à Christo ad Abagarum Regem missa. ex Euagr. 4. hist. 26. Damas. l. 4. de fid. orthod. & Conc. Nic. 2. ex Adr. etiã PP. in epist. ad Carol. Magn.

Euſeb. 1. hiſt. 13.
Hier. in Matth. cap. 10.

non ſatis inter authores conſtat. Euſeb. inter ſeptuaginta duos numerat: veriùs Hieronymus, alijque inter Apoſtolos collocant, Is namque alio nomine, Iudas frater Iacobi dicitur; quem conſtat ex Maria Cleophe ſorore Dei genitricis progenitum: fuit proinde Chriſti ſobrinus frater, & Apoſtolus.

Anno x. qui XLIII. ſeu vt alij volunt XLIV. à Chriſti ortu fuit, C. Auguſto quartùm, & Sentio Saturnino Coſſ. Iacobus Hiſpania peragrata, Hieroſolymam redit. Diuino agebatur afflatu, vt ibi primus inter Apoſtolos, martyrij palma ſupremum obiret diem, vbi magiſter, & dominus Paradiſi ianuas reſerarat. Ibi dùm perennis vitæ arcana, Chriſtumque ipſum nunciat; ingens beneficium, ingenti odio rependitur, gentiſque in ſe concitat iras. Agrippa nouus Rex, cognomento Herodes (nam omnes Iudeæ Reges ab Herode Seniori Herodis retinebant nomen) aliena nece populi fluctuantes animos, conciliandos ſibi ratus; per ſummum facinus, ſanctum virum morti decernit; ſtruitque aliena ruina, ruinoſam ſibi, cæteriſque Imperij molem. Cùm ad deſtinatum ſupplicij locum, hilari fronte properantem, lictor duceret, ſentit ex inceſſus hi-

Iacobi Apoſtoli martyrium ex D. Clem. Alexand. lib. 7. ſtrom. & Euſeb. 2. hiſt. cap. 8. meminit etiã D. Lucas in actibus.

laritate,

laritate, & veluti Diuino oris habitu, non tam ad mortem trudi, quàm ad Cælum rapi: ſtatim, non meas, proclamat, ſacro ſanguine commaculabo manus; mea potiùs cæde, nefarium ad quod me accinxeram ſcelus, expiabo. Non tulit populus, nec Iacobi conſtantiam, nec promptum lictoris ad extrema pericula animum; vtroque extincto, pinguem Deo victimam immolandam autumant; vtrumque pariter gladio percutiunt. Tradidere id Clemens Alexandrinus, Euſebius, alijque ſctiptores. Diù hoſtium perfidia inconditum Apoſtoli corpus manſit, donec fideles clàm ſurreptum, aliò delaturi nauigio imponerent. Ventorum impetus, non ſine Numinis vi, eò detulit, quò viuens cæleſtis doctrinæ arcana inuexerat; decorauitque mortuus, Galeciæ Regnum, quod viuens Euangelij imbuerat luce; datus ibi ab amatiſsimis diſcipulis ſepulturæ honos. Latuit poſterioribus ſæculis, dum Mauri, alijque fidei hoſtes, Regnum inuadunt. Tandem octingenteſimo ſalutis anno, ſub Alfonſo Caſto Galleciæ Rege, acerrimo Catholicæ fidei vindice, ac Leone Papa III. inſigni miraculo, Compoſtellæ tumulus, ſacræque cineres patefactæ. Ex-

D. Iacobi corpus Compoſt. conditum, ſub Leone PP. III. inuentum. ex ipſius Leonis epiſt.

tat ea de re, eiuſdem Leonis Papæ celebre in epiſtolis teſtimonium; crebraque ibi miracula rem geſtam confirmant; vt haud mirum, ſi vndique ex longè diſsitis Terrarum partibus, fideles eò peregrinando, hodie quoque confluant.

Crimen crimini viam aperit. Iacobo extincto funditùs Chriſtianam rem euertere Herodes agitat animo; eò pronior ad deſtinata perficienda, quò facilior ſe oſtendebat exitus. Petri vnius nece id conſequuturum; Capite, Duceque eliminato, cæteros dilapſuros ratus; catenis oneratum in cuſtodiam tradit, ſeruabatque veluti celebrem victimam, Regni incolumitati mox immolandam. Ingens terror, vniuerſos fideles inuadit; Deum orant, ne tàm immaturè Chriſtianam prolem, Patre orbatam faceret; neue Tyrannus, à ſummo capite exorſus, in cætera membra immanem expleret ſæuitiam. Auditæ fuère præces; medijs noctis tenebris, è ſuperis ſedibus Angelus demittitur. Cùm ad Angelicam præſentiam carcer mira refulſiſſet luce, è Petri manibus repentè dilabentibus catenis, liber, ſolutuſq. nullo ex cuſtodientibus militibus ſentiente, è vinculis emittitur; Regiſque ſimul ſpes momen-

Petrus ab Herode Rege catenis vinctus.

momentò eluditur; Maiori ſollicitudine, quam ſi auro, gemmiſque intertextæ forent, aſſeruatæ catenæ fuere; nam, vt Euagrius antiquus ſcriptor tradit; protinùs Regis miniſter religione tactus recondit. Eas, quò remotior, eò anxia magi de inſignis geſtæ rei monumento, poſteritas conquiſiuit; Eudocia Auguſta Theodoſij iunioris vxor, quadringenteſimũ ferè poſt annũ, cùm Hieroſolymam ad humanæ redemptionis inuiſenda veſtigia, ſe contuliſſet, à Iuuenali Hieroſolymitano Epiſcopo dono obtinuit; nulla alia re piæ mulieris longinquam peregrinationem penſandam Antiſtes ratus. Hæc læta munere, alteram ad virum Conſtantinopolim defert, alteram ad Eudoxiam filiam Romam mittit: alia itidem Romæ, quæ Petrus Neronis iuſſu alligatus fuerat, aſſeruabatur. propinquatæ, mirum, ac ſi cognitionis, ſenſuſque compotes forent, ingenti miraculo commixtæ ſtatim iunguntur, hodieque manent; nam Templum, vbi ſolemni cultu reconderentur, Eudoxia in Eſquilino monte erexit; ibidemque anniuerſaria, vrbis feſtiuitate, Calen. Auguſti coluntur.

D. Petri vincula Romam, ab Eudocia Auguſta tranſlata.

Herodis fruſtrata, eluſaque ſpe, Petrus alacriori conſtantia, maiorique vi ad retar-

datum inceptum erumpit, diffunditque in longè diſſitas gentes, eam quæ Ieroſolymis coercebatur fidem. Conuocatis Apoſtolis, monere eos nihil fore prolatandum, veniſſe tempus, vt Euangelica lux per vniuerſum Terrarum orbem diffunderetur. Quin accingimur, inquit, vt ſuprema à Chriſto nobis iniuncta mandata exequamur; cur è Cælo delatam, nobiſque impertitam doctrinam, ex delegato munere mortalibus deferre non properamus? Non noſtris viribus, Diuina innixi poteſtate, illuſtrandus eſt orbis: prouinciam, in qua ſtrenuè pro diuina luce vnuſquiſque militet, aſſumat; detegentur certè ad tantam lucem, ſi Chriſti diſcipuli ſumus, inania, ac ſubdola Diuinitatis nomina; nobis prædicantibus, abiectis Idolis, Numen à quo cuncta eueniunt, rerumq. procreatorem Deum vniuerſæ gentes cognoſcent, & adorabunt. Salutare Crucis vexillum ego ipſe Romæ defigam; cæteras Terrarum partes, vobis fratres, commendo.

Apoſtoli diuiſis prouincijs, in omnes Terrarum oras, ſe diffundunt.

Dum in hanc ſententiam verba feciſſet; duodecim, non Principum innixi opibus, non oratorum conquiſita facundia, non gentium comitati agmine; inopes, nullis eruditi

eruditi literis, exigui numero, non exigua virtute, vniuerſum orbem peragrare, vniuerſis gentibus mandata, legeſque dare agitant animo; chariſſimis amplexibus, alter ab altero commeatum accipientes, vnanimi ſpiritu, in omnes Terrarum oras ſe diffundere parant. Vt faciliùs, & peritorum, & rudium animis, Diuinæ fidei doctrina inſereretur, in epitomen redigunt, Fideique ſymbolum appellarunt; an quia eo, veluti militari teſſera, à cæteris dignoſcerentur; an quia, ſinguli fidei articulos in eum contulerint; vtrique enim rei, aptum ſymboli nomen. Nec literis, ſcriptiſque mandare placuit; in corde potiùs vt Auguſtinus, & Hieronymus tradunt, ſculptum, fixumque ſtare maluerunt. Ita inſtructi, vnuſquiſque demandatam aſſumit prouinciam. Ioannes in Aſiam minorem ſe confert; Chriſti genitricẽ Mariam, quæ ſupra quinquageſimum tùm agebat ætatis annum, in eaſdem regiones à Ioanne comitatam, acceſſiſſe, Epheſum deinde incoluiſſe, omnes ferè ſacri ſcriptores, vno excepto Epiphanio, conueniunt. Id etiam, ex epiſtola ab Epheſina ſynodo ad Clerum Conſtantinopolitanum data, non obſcurè deprehenditur. Andreas

Auguſt. de fid. & oper. cap. 10 Hieron. epiſt. 61. ad Damaſ.

Maria Epheſũ ſe confert. ex Concil. Epheſino. epiſt. quæ habetur cap. 10 in actis eiuſdẽ Concilij.

Petri frater natu maior, qui ab incunte ætate piſcando vitam egerat, nobiliorem piſcationem nactus, ad Scytas commeat: quæ inter vtrumq. Euxinum pōtum interiacent, regionibus peragratis, Thraciam, Macedoniam, Acahiam ingreditur. ibi ob inſignem prædicationem, inſigni perfidia ab Aegeo Præfecto, Cruce ſublatus, ſupremum interris clauſit diem. Cineres Conſtantio Imperatore Conſtantinopolim, dein Amalphim tranſlatæ. Philippus, Scythiam primò, mox ſuperiorem Aſiam, vbi martyrio clarus Hieropoli in oppido occubuit, petit. Thomas, Parthos, Perſas, Medos, Brachmannos, Indos demum penetrat. In ea peregrinatione tres Principes viros (Magos ſacræ appellant literæ) qui ad Chriſtum naſcentem cum muneribus ex Arabia deuenerant, baptiſmate perluſtraſſe, apud Chryſoſtomum inuenio. Bartholomæus citeriorem Indiam deligit, dein Armeniam ingreſſus, Polymum Regem, ac duodecim celebres vrbes, Euangelij imbuit luce; Corpus Lyparim, dein Beneuentum: poſtremò ab Othone III. Imperatore, Beneuenti pellę relicta (nam inſigni ſæuitia Idolorum cultores è viuente ad huc corpore pellem detraxerant)

Ab Othone Imper. tranſlatum Romam D. Barthol. corpus, Beneu. pellę relicta, teſtatur Rob. in addit. ad Chronic. Sigeberti quem ſequit. Bar. ad ann. Dñi. 1000.

xerant) Romam delatum. Matthæus, vt quod literis, ſcriptiſque de Chriſto nunciarat, ore, voceque præſens confirmaret, in Aetiopiam pergit. Salerni hodie cineres, oſſaque, vnde ſalubris languentibus corporibus emanat humor, inſigni celebritate coluntur. In eaſdem regiones, Matthiam acceſſiſſe, multi tradunt authores. Simon Cananeus, qui & Zelotes dicitur, in Meſopotamiam, mox in Aegyptum pro fide militatum ire pergit: Iamque Thadæus, qui & Iudas dicitur, in incepta Syriaca prædicatione perſiſtebat. vterque deinde in Perſide martyrio occubuit. Neque Iacobo Alphæi filio, cui eo ipſo anno, quo Chriſtus ad Cælos adſcenderat, Hieroſolymitanæ Eceleſiæ regimen delegatum fuerat, aliò commeare neceſſe fuit. Omnes vnanimi ardore, in omnes Terrarum oras Euangelij deferunt nuncium: æquè omnes inuicto animi robore, inter hoſtiles furores ſæua tolerata nece, aditum in Cælis inuenere, vt veriſſime Dauid, diù ante vaticinando cecinerit. *In omnes terras exiuit ſonus eorum; & in fines orbis Terræ verba eorum.*

Petri Romam aduentus anno 11. Claudij Imper. ex Iren. lib. 3. cap. 1. Tertull. de præſcript. Cypr. de vnitat. Eccleſ. Hier de ſcript. Eccleſ. Ambr. ſerm. in nat. Apoſt. Aug. ſer. 7 Leon. PP. & cæteris cum Euſeb. in Crh.

Ita diſpartitis prouincijs, Petrus Apoſtolorum Princeps, Romam dominatricem vrbem,

vrbem, quæ cæterarum tenebat Imperium, & vbi Chriſtianæ rei arx, religioniſque ſedes conſtituenda erat, petit. Per Paleſtinæ oram iter intendit. Excepere ibi Apoſtolum Tyrij, & Sidonij, læto cultu, ſummis honoribus. Id altè in Herodis pectus deſcendit; vt propterea veterem eius in Petrum iram, in ſe auerterent. Inde petita Antiochia tranſmiſit Byzantium. Dedit ei vrbi, vt apud Agapetum Papam inuenio, Epiſcopum, atque paſtorem; ſed certum nomen non producũt authores. Mox Aſiam Euangelium propagando intrat; transfretatoque mari, longis itineribus Neapolim celebrem Campaniæ vrbem appulit. Extat ibi altare, in quo ſacra concelebraſſe vetus traditio eſt. An Terra, ſeu mari, inde Romam petierit, non ſatis conſtat. Inualuit certè apud Hetruſcos opinio, ventorum impetu Liburnum delatum, Piſis Miſſarum ſolemnia, ſacraque obijſſe munia. Habuit in eo itinere, Marcum, Apollinarem, Rufum, ac Martialem comites.

Agapetus PP. Acti. 11. quintæ ſynodi.

Poſtquam Romam ventum eſt, primus omnium Pudens, vir ex ſenatorio ordine, Diuina illuſtratur luce; mox Priſcilla vxor, ſimul liberi Nouatus, ac Timotheus, Praxedes

xedes etiam, ac Pudentiana filiæ. Hæc fuere Romanæ Eccleſiæ primordia, quæ mox non vnius domus familiæque contenta terminis, cæterarum per vniuerſum Terrarum orbem Eccleſiarum mater ac magiſtra euenit. Nec mirum, ſi cæteras omnes dignitate anteiuit: nam eius, qui Apoſtolorum Princeps erat, diſcipula, ac alumna fuit, ſemperque in ea recta fides manſit; vt non abs re Cyprianus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, alijque ſanctitate, & doctrina celebres Patres, eum ſolum Catholicum, qui cum ea concordem fidem, cæteros hæreticos cenſeri velint. Pudens via patritia ad radices Exquilini montis habitabat domum; ibidem Petrum hoſpitio acceptum ſcribunt; eam deinde domum, vt eſſet ad poſteros tantæ rei monumentum, Pontifices, vt in tempore memorabo, in Templum erexere. Claudius Druſus ſecundum in Imperio tùm agebat annum; eum, Romanumque populum Simon magnus fictis prodigijs adeò allucinarat, vt erecta ſtatua, ſicuti Ireneus, Iuſtinus, & Tertullianus tradunt, inter Diuos colerent. Vbi Petri Romã aduentum perſenſit Simon, memor priſtini in Samaria caſus, verenſque ne ad Petri lucem,

Catholici qui cum S.R.E. cõmunem fidem; cæteri hæretici ex Cypr. de vnit. Eccl. Ambroſ. in orat. de obitu SS. Aug. epiſt. 165. Hieron. in Apolog. aduerſ. Ruffin.

Simon magus inter Diuos à Rom. colitur. ex Iuſt. in Apol. Iren. lib. 1. Tertul. in Apolog.

lucem, malis artibus parta authoritas detecta euaneſceret; vltrò vrbe excedens, imminens euaſit dedecus.

Dum hæc Romæ aguntur, Saulus Antiochiæ erat: nec vno, aut altero loco conſiſtendum ratus, in omnes Terrarum oras Euangelij deferre nuncium voluit animo. Dum tam grande mente agitat opus, mira cælitùs ſe circumfundi luce perſentiens, ad ſuperos rapitur. Ambigunt nonnulli, an eo raptu reuelata facie Numen ſe Saulo oſtenderit; coniectantes id pleriq. ex Moyſis Iudæorum Ducis exemplo, qui populo legem daturus, ſupra montis Synai culmen elatus, Deum eſt intuitus; inde, & Saulum gentes edocturum, pari luce ad Deum intuendum circumfuſum, non leue eſt argumentum; propendentque in eam ſententiam duo Eccleſiæ lumina, Auguſtinus, & Thomas de Aquino. Hauſit certè eo raptu, ea Diuinarum rerum arcana, vt æquè veritatis prædicator, & gentium doctor euaſerit. Nec mora, comite Barnaba Cyprum ſe confert. Vbi primùm concionem habendo, acri, vehementique ad perſuadendum vi, inaudita, ac planè noua patefacere cæperunt; vagatur per vrbem rumor. Romanus Procon-

Paulus ad 3. Cælum raptus an Deum viderit reuelata facie. Hoc anno raptum contigiſſe deducit Bar. ex epiſt. 2. ad Corinth. quam ſcripſit Paulus, anno Dom. 58. Ner. 11. vbi teſtatur ante annos 14. ad Cælos euectum ſe fuiſſe. Auguſt. in lib. de viden. Deũ D. Thom. 1. p. q. 12. ar. 11.

Proconſul, cui Sergius Paulus nomen, ad famam eius rei, more humani ingenij, Apoſtolos accerſiri iubet. In Proconſulis aula, Elymas, qui magicis pollebat artibus, ſummo loco erat. Hic aulicorũ moreſuetus, aliena ruina ſe extollere; aliorum compendium in ſui ipſius detrimentum referebat: varijs verborum lenocinijs, Sergij pronum in Apoſtolos animum auertere molitur. Nec fefellit ſubdolum ingenium, ſolida virtute nitentes: Saulus dolum detegit, ſimul increpat. ad eam rem conturbatus Elymas, oculorum caligine circumfunditur, hominem aſpicere nec poteſt, nec audet. Stupet Proconſul dictis, geſtiſque intentus; eò contemptior inde magus, quò admirabilior Saulus: inuenitque dictis fidem, ita vt Proconſul baptiſmatis luſtraretur aqua. Notat Hieronymus, tùm primùm Saulum à Paulo Proconſule fidei ſubacto, Pauli nomine, quod hæbraica lingua mirabilem ſonat, inſignitum. Certè Lucas, qui luculenter Apoſtolorum geſta conſcripſit, tùm primùm hoc nomine eum appellat: vnde non ſatis conſonè, ij, qui diù antè, cum primùm ſcilicet baptiſmate initiatus fuit, id nomen ſortitum ex Auguſtino, & Ambroſio leuiter

Saulus quando & qua occaſione, Pauli nomẽ ſit ſortitus.

D. Hieron. in epiſt. ad Philemon.

D. Luc. Act. 13

D. Aug. tract. 72. in Pſalm.

D. Amb. ſer. 31

uiter id indicantibus, hauſere.

Romana ſedes à D. Petro erigitur, anno 45. à Chriſto nato ex Euſeb. in Chron.

Anno xi. Caio Auguſto ſecundùm, & Caio Licinio Largo Coſſ. intelligens Petrus ex vrbe Roma cæteras per orbem diffuſas Eccleſias, commodiſſimè regi, firmam ibi in omne æuum ſtatuit ſedem. Inde Romana Eccleſia, cæterarum ſemper Caput, & magiſtra habita; adeò vt Cyprianus, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, alijque celebres ſanctitate, & doctrina patres, eos dumtaxat Catholicos, qui communem cum ea fidem, cæteros hæreticos cenſeri velint. extat hodie Cathedra, in qua primùm Petrum Pontificia obeundo munia, ſediſſe, traditione accepimus. In tantæ rei memoriam, læto, pioque cultu in Templo, quod Conſtantinus Ceſar, multas poſt ætates ſumma munificentia Petro erexit, aſſeruatur, ac celebri vrbis feſtiuitate xv. Kalen. Februarij colitur.

De Prim. Rom. Eccl. Cypr. in lib. de vnit Eccl. & in epiſt. 45. & 52. ad Corn. Epiſ. Ambroſ. in orat. de obitu ſanctor. Auguſt. Epiſt. 165. contra epiſt. fund. Hieron. epiſt. 17. ad Dam. & in Apolog. aduerſus Ruffinum.

Poſt ſtatutam Romæ ſedem, Antiochenæ Eccleſiæ, cuius peculiarem tutelam, ſeptem fermè annos habuerat, alij regimen demandat. An Ignatius, vel Euodius hic fuerit, non ſatis inter ſcriptores conſtat, Chryſoſtomus Ciuis Antiochenus, eloquentia, ac ſanctitate præclarus, Ignatium tradit;

Ignatius, ne an Euodius ſucceſſerit Petro in Antioch. ſede. vide Chryſoſt. in homil. de tranſlat. Origen. homil 6. in Lucam. Euſeb. lib. 3. hiſt. 16. Clem. Papam 7. Conſt. 46.

Orige-

Origenes verò, Euſebius, Hieronymus, alijque celebres authores, Euodium potiùs ſcribunt. Vtrumque verò, ſimul eiuſdem Eccleſiæ regimen, Euodium à Petro, Ignatium à Paulo habuiſſe, apud D. Clementem Papam inuenio. Idque fortè euènit, quia, vt infra memorabo, nondum ij qui ex circumciſione Euangelicæ fidei adhæſerant, eodem planè ritu, cum cæteris fidelibus ea in vrbe degebant; vt propterea vtraque gens peculiarem Epiſcopum, Præſulemque obtineret. Tandem tertium poſt annum, per Hieroſolymitanum Concilium, Antiocheno compoſito diſſidio, ſolus Euodius Præſul manſit; quo deinde vita functo, Ignatium ſucceſſiſſe, ex eiuſdem Ignatij literis planè conuincitur.

Datæ eodem anno in Pontum, Galaciam, Cappadociam, Aſiam, atque Bythiniam ex vrbe Roma à Petro literæ; nam licet alibi datas hiſce planè verbis, *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta; & Marcus filius meus*; innui videatur: attamen verbi tranſlatione, vt plerumque in ſacris literis, vrbem Romam Babylonis nomine indicatam, Euſebius, Hieronymus, Auguſtinus, Tertullianus, cæterique Patres vno

Epiſt. D Petri, quæ inſcribit Electis aduenis diſperſionis. Babylonis nomine Romam ea epiſt. intelligi, docent Euſeb. lib. 2. hiſt. Aug. de ciuit. Dei lib. 18. cap. 22. Tertull. adu. Iudæos. In Apoc. etiam apud Ioann. 17

ore

ore confirmant. Vnde mirari libet inane hæreticorum noſtræ ætatis ingenium, dum peculiari in Rom. Eccleſ. ira, contra vnanime Patrum teſtimonium, eo ducti argumento, Petri in vrbem aduentum inficiantur. Ingens fidelium multitudo, è Hieroſolymis pulſa per eas prouincias exulem vitam agebat: eorum ægros vt conſolaretur animos, ſimul ad altiſsimam rerum ſpem, eleuaret Petrus; multa tam ſapienter perſcribit, vt numquam obliuioni tradenda, cunctorum animis ingeri Eccleſia voluerit; inde inter Miſſarum ſolemnia in publico fidelium cætu recitari conſueuere.

At Romæ, præſens Diuina ad dicendum vi, ingentem multitudinem Euangelicæ lucis amore incendit; proniſque auribus, quæ effundebat arcana accipiebantur; vndique ad audiendum confluunt; nec conquieſcunt Romani, donec ſtabili monumento, quæ mirificè enunciabantur conſequerentur: ad Marcum verò Petri diſcipulum, & alumnum adeò carum, atque pergratum, vt ſæpè literis, atque ſermone, filij decoraret nomine, vertunt preces: orant, vt eadem, quæ Pater, ac Magiſter ore enunciarat, literis demandaret. Marcus iuſtis, pijſque ſollicitatus

Marcus anno 45. à Chriſti natali conſcribit Euang. ex Euſeb. cui cæteri adhæſere. ſolus Ireneus diſcrepare videtur.

tatus precibus, nil cunctatus (nam rem cunctis, posteritati verò apprimè salubrem fore intelligebat) latio sermone conscribit Euangelium. Hieronymus, & Augustinus græco idiomate conscripsisse innuere videntur: sed magis congruè Gregorius Nazianzenus, alijque celebres Patres, in Romanorum gratiam, Latino, germanoque vrbis Romæ idiomate Marcum scripsisse tradunt. Nec leuis coniectura est, improprietas græcarum vocum, quæ certè, non aliunde, quàm ex latio sermone in græcum textum irrepsit.

Romæ percripsisse omnes cõueniunt, post Athan. in synopsi. solus Chrysost. hom. 1. in Matth. tradit in Aegypto. Græcè perscr. sisse censent Hier. in epist. ad Dam. Aug. de conf. Euang. contra Greg. Nazianz. de quatuor Euãg. alijque.

Ea impertita Romanæ vrbi luce, dignus est habitus, vt Alexandriæ inclytam per totum Orientem Ecclesiam regeret: eodẽ igitur x i. à Christi adscensu anno, qui Claudij Imperatoris secundus, vt Eusebius tradit, fuit, Præsul designatus à Petro in eam vrbem delegatur. Vetus traditio est, medio itinere, Venetias appulisse. Venetosque primùm omnium Euangelij imbuisse luce; vt non abs re deinde, secundis, aduersisque in rebus, Veneti tutelarem patronumque habuerint; dicatis aris, Templisque, adeò pio venerati sunt cultu, vt sicuti eius prædicatione religionis initia, ita eiusdem patro-

Marcus Alexãdrinæ Ecclesiæ Episcopus. anno 11. Claudij Imper. ex Eusseb. in Cron.

Veneti à D. Marco religiõ. initia.

cinio, ampliſſimi Imperij propagationem, acceptam ferant.

Anno 12. Claudio Auguſto tertiùm, & Lutio Vitellio Coſſ. Italiæ, cæteriſque per orbem Eccleſijs, certis datis ducibus, quos Epiſcopos à græco ducto vocabulo dixere, conſulitur. Terracinam Epafroditum, Capuam Rufum, Neapolim in Campania, Aſpernatem, in Siciliæ Inſulam, Pancratium, Martianum, Berillum, atque Philippum delegat Petrus. At in occidentalem Italiæ partem, Nepetam Ptolemæus, Feſulas Romulus, Lucam Paulinus, Rauennam Apollinaris, Veronam Euproprius, Patauium Proſdocymus, Ticinum Sirus, Aquileiam Ermagoras commeant. Nec in Italiam modò, ſed in prouincias illuſtres delegati duces: ſed an hoc eodem anno, cùm res tàm antiqua, ſine vlla temporis nota ad nos deuenerit, pro cerro affirmare non auſim. Maguntiam inclytam Germaniæ vrbem Catulmnius, Coloniam Maternus, Treuerim Valerius. Gallorum verò regimen, Martiali, Creſcenti, ac Vrſino demandatur; Martialis Lemouicenſem, Creſcens Viennenſem, Vrſinus Biturigenſem rexit Eccleſiam. Iam verò Hiſpanicæ prouinciæ

Epiſcopi à D. Petro in varias terrarũ partes ex vrbe Roma delegati. ex Baron. poſt alios ad annum Domini 46.

tute

tutelam, Torquatus, Teſiphon, Secundus, Cecilius, Exichius, & Eufratius inter ſe diuisère. Vt propterea Innocentius Pontifex ad Decentium ſcripſerit, Eccleſias in vniuerſa Italia, Gallia, Hiſpania, Africa, Sicilia, interiacentibuſque Inſulis poſitas, à nullo alio, quàm à Petro, vel eius diſcipulis, ac ſucceſſoribus inſtitutas eſſe.

Dum hæc Romæ per Petrum nullo repugnante geruntur; acriores in Paulum Euangelij lucem in Oriente propagantem, ſeditiones concitantur. Antiochiæ Piſidiæ, quò maioribus incrementis Eccleſiam propagat, eò acriores expertus eſt hoſtes. In eum furorem deuenère, vt impetu facto, vrbis finibus expellerent. Inde Lyſtram Licaoniæ Oppidum Paulus vnà cum Barnaba ingreditur. Ibi concione aduocata, vix initium loquendi fecerat, cùm præter omnium ſpem, miraculo edito multitudinis animos ad ſe conuertunt. nam cùm attentiùs, quàm cæteri, claudus quidam à natiuitate infirma pedum valetudine detentus, ſermonem accipere videretur, Paulus è ſuggeſtu intuitus hominem, magna voce iubet aſſurgere: ille protinùs pedum vſu recepto, cunctorum in conſpectu proſiliens ambulat. ſtupet cir-

cum fuſa turba ſubito exorto miraculo, Paulum, Iouem, Barnabam, Mercurium eſſe rati, *Dij ſimiles facti hominibus ad nos deſcenderunt*, attoniti conclamant; ſimul ſummis extollere honoribus, nituntur. Sacerdos ingenti proſequente turba, ad tauros immolandos, atque ad coronas deferendas (hoc etenim ſacrificandi ritu, gens ea Deos colit) feſtinanter accurrit. Paulus, & Barnabas, ægrè id ferentes; neque etenim propriam, ſed Chriſti quærebant gloriam; multo cum animi dolore, ſciſſa veſte multitudini obuiam facti, rerum omnium procreatori Deo, non vlli mortalium, talem tantumq. honorem deferendum eſſe, multis argumentis dum conuincunt, vix multitudinem cohibuere. Populi ſtudium irritamentum inuidiæ, infidis hoſtibus fuit: ex ſummo amore, in eam iram mobiles vulgi animos vertunt, vt certatim veluti pinguem Deo victimam immolaturi, mortem Paulo incutere molirentur; Iamque lapidibus conflictatum, exanimem, mortuumque rati, extra vrbis menia protrahunt: triſtes multis cum lachrymis, Barnabas, cæterique comites ad funeſtum ſpectaculum concurrunt; coniectis oculis in exanimem virum, mortui ſpe-

ciem

ciem præferentem; non longè poſt, præter omnium ſpem, eum ipſum, quem ad maiorem rerum molem, ad vniuerſum propè orbem Euangelica luce illuſtrandum, Cælites deſtinarant; ſenſim refectis viribus, conſurgentem conſpexère. In finitimas deinde vrbes, Derben primò, mox Iconium commeat Paulus.

Anno XIII. C. Criſpino ſecundum, & T. Statilio Tauro Coſſ. Paulus nobilem puellam, Teclam nomine, in Iconij oppido Euangelica luce adeò imbuit, cæleſtium rerum amore adeò incendit; vt varia, mira, ſupra ſexum, ſupra ætatem, Diuina magis, quàm humana ſint ſubſequuta. Purus nulla carnis labe amor, eum quo ſexus omnis, viridis ætas æſtuat, ardorẽ, eò mirabiliùs vicit, quò in carne, nullus carnis amor fuit. Tecla, vbi à parentibus nuptijs deſtinari ſe perſenſit, tanto ardore ſpectati iuuenis, cui Tamarides nomen, torum eſt aſpernata, quantò proniùs cæteræ puellæ florente ætate, hymeneis, thalamoque allici conſueuère. Non ſibi quærendum, cui maritalibus nuptijs deſeruiret, cæleſtem omni ex parte pulcherrimum ſponſum, cui iuncta, virgo tamen permaneat, adinueniſſe dicti-

Teclæ Pauli prædicatione conuerſio; ac inſigne triplici miraculo martyrium.

tat. Id verò cupidi iuuenis incenſum animum, acriùs ſtimulat; parentes adit, promiſſis nuptijs veniſſe tempus, impleri datam fidem monet. Parentibus perfici, abſoluique maritales nuptias, æquè gratum; ſed reluctantem Virginis animum, haud facilè acquieturum, intelligebant. Tùm Tamarides, amore ardens, vbi in conſpectu puellam habuit: Tu ne ergo ſola, inquit, inter tot illuſtres adoleſcentes tibi ſanguine, vel ſocietatis iure coniũctas, hunc quem tibi Dij dedere, ætatis florem, ſine vllo prolis fructu, ſine vllis honeſtis voluptatibus, areſcere ſines? Otiosè cum Deorum iniuria iuuentutem teres? Non tibi venit in mentem, Tamaridem, tui ſolius amantiſſimum, plures, eaſque præclaras recuſaſſe ſponſas? Ad hoc ergo, me infelix amor traxit, vt ab ea, cuius amore cæteras ſpreui, nunc ſpernar? Vt me ludibrio illis eſſe ſinas? Non me latet, quis nam bonum, pronumq. erga ſponſum, contra ius faſque ſeduxerit animum: Paulus eſt, ille idem ſeductor, qui niſi fugam ex hac vrbe arripuiſſet, lapidibus obrutus foret. Tu ergo, niſi ad idem (horret animus tam triſtitia proferre) te accingas diſcrimen, ſeditioſum hominem,

quem

quem ſemper deteſtata eſt vrbs, odiſſe cum cæteris debes, tuo ſoli ſponſo, qui vno erga te amore loquitur, credas.

Poſt quam finem loquendi fecit, muneribus allicere puellæ animum pertentat. Vbi obſtinatum perſenſit, nec muneribus vllis inclinari; minis ſaltem muliebrẽ flecti animum poſſe ſperans, ad magiſtratus conuolat; nunciat peſtilens in vrbem irrepſiſſe malum, Deorum ſacrum violari Numen, Diuinos honores mortuo in Cruce homini præſtari, patrios ritus, patrias leges, patrios mores abijci, falli Diuinam, humanamque fidem; nihil iam ſancti, nihil veri, iuſtique inter Deos, hominesque reliquum: vnius fœminæ exemplo tantum, inquit, in vrbem irrumpit malum. Tecla eſt illa, omnis Diuini iuris, humanique fœderis violatrix: Tecla Deorum abijcit cultum, patrias ſpernit leges, fallit Deorum, hominumque fidem. quod ad me attinet, ob non adimpletas, promiſſas mihi nuptias, priuatam remitto iniuriam: publico tantùm malo, occurrere cupiens, hæc vobis nunciatum veni; fortè veſtra ora, veſtram maieſtatem verebitur, ſat erit mortis minas, procul à ſeueriori cruciatu, in puellam, ætate, ac ſexu labilẽ, experiri.

Longè aliter, ac ratus erat, euènit; neque etenim per Iudices, per minas, ad thalamum, ad tumulum potiùs, ſponſam Tamarides pertraxit. Iudices, vincula, cruciatus, mortem, ni ab incepto facinore deſiſtat, ni patrios Deos veneretur, ni adimpleat ſponſo fidem, minitabantur: puella longè alio flagrabat amore, agè ſanè cum cæleſti ſponſo iungi cupiens, quò acrioribus minis agitatur, eò Diuino afflatu magis incenſa, conſtantiùs perſiſtit. Ergo à minis vertuntur ad preces; vbi id parum proceſſit, rurſus è precibus redeunt ad minas. Tandem, precibus, miniſque fruſtratis, tantum ab vrbe malum, quod facilè in exemplum tranſiret, ni Tecla ſublata, tolli non poſſe rati, Leonibus dilaniandam, nam ſummum ſcelus, pinguem Dijs victimam interpretabantur, proijciunt. Inſigne ſtatim exortum miraculum, Ambroſius eruditione, ac ſanctitate præclarus tradit, Leones non ſolùm non auſos inferre virgini damnum, ſed adeò mites ſe præbuiſſe, vt lingua lambentes puellæ pedes viſi fuerint; in eam, quæ à feris beſtijs illæſa permanſerat, feris animantibus, ferociores homines fuère; tradunt certè Cyprianus, Maximus, alijque celebres

D. Ambroſ. de virg. lib. 11.

Cypr. in orat. pro martyr.

Maxim. in ſerm. de S. Agnete.

bres Patres, in ignem coniectam. Sed ecce aliud miraculum: subito cohorta cum magno Cæli fragore tempestas, flammarum impetum extinguit; dùm animantia, res ipsæ inanimes, sensus expertes, humanitatem induere videntur, homines ipsi humanitate se exuerunt; rursus taurorum quadrigis illigatam puellam, Gregorius Nazianzenus est author. At eadem Diuina tutela, à tam inhumano supplicio Tecla protegitur; dum tauri in diuersa concitantur, vel immoti permanent, vel vi vim eludentes, pari motu, crederes eodem incitari, eandem capessunt viam. Haud inscius sum, pleraque fabulosa magis, quàm vera, ab Asiano quodam presbytero, præclaro Teclæ martyrio permixta; idque non modò Tertullianus, Hieronymus, sed & Gelasius Papa, non obscurè indicauère; quæ hic tamen enarraui, quia anteà ab Ambrosio, Cypriano, Gregorio Nazianzeno, alijsq. præclaris authoribus enarrata inueni; conticere non volui.

Greg. Naziãz. in exhort. ad Virg.

Tertull. de bap tis. cap. 17.

Hieron. de script. Eccl. in Luca.

Gelas. PP. in decreto de lib. apocryf.

Ita triplici miraculo, è triplici incussa morte incolumis euasit Tecla. Longe deinde ab omni humano cultu, in desertis montibus reliquum vitæ tempus agere in animum inducit: nec abs re; nam feras, humanio-

maniores, quàm homines ipſos, experta erat. XVIII. agebat tùm ætatis annum; LXXII. fermè annos ſuperſtes deinde in Terris fuit; nonagenaria ad Cæleſtem, in quo ſpem, amoremque collocarat, ſponſum migrat. Corpus Seleuciæ conditum, inſignibus miraculis cùm in dies clarius redderetur, totus Oriens celebri ad tumulum frequentia, inſigni pietate, ſummis honoribus coluit.

Annus XIV. qui à Chriſti ortu XLVIII. fuit, M. Minutio ſecundùm, & T. Statilio Tauro Coſſ. inſignis eſt Mariæ Saluatoris noſtri genitricis morte. Hieroſolymis LXIII. ætatis anno, vita functam fuiſſe Euſeb. ſcribit. Placet Epiphanio vſque ad LXXII. ætatis annum vitam producere. Eſt pro Epiphanio non leue ex Dionyſio Areopagita, qui ea tempeſtate floruit, teſtimonium. Is etenim in libro de Diuinis Nominibus, non leuiter indicat, ſe vnà cum Petro, Paulo, Iacobo, ac Ioanne præſentem interceſſiſſe funeri; nec alia de cauſſa Hieroſolymam ſe contuliſſe, quàm ad contuendum Corpus illud, quod authorem vitæ, Deumque receperat: at Dionyſius, vt infra memorabo, non ante LIII. à Chriſti ortu annum,

Deiparæ Virg. obitus. anno à Chriſto nato 48. ex Euſeb. in cron. & alijs

Epiſ. presb: in ſerm. de Deip.

Dionyſ. Areop. lib. 1. de diu. nom. 3.

annum, cùm primùm Paulus Athenas se contulit, ad fidem acceſſerat. quibus, ſi iungas annos ſexdecim, qua ætate, Maria Chriſtum peperit, liquido conſtat longè poſt LXIII. ætatis annum, vita functam; aptiùſq. non hoc anno, ſed XVIII. à Chriſti aſcenſu, quo eodem anno, Concilium Hieroſolymitanum celebratum fuit, mors collocanda foret. At recentiores nonnulli, inter quos D. Antoninus, eodem anno, quo Chriſtus ad Cęlos redijt, Mariam deceſiſſe, reuelatione acceptũ tradunt. Mirari potiùs, quàm quidpiam certi affimare, inter tot diſcrepantes ſententias licet. Corpus, quod authorem vitæ pepererat, non diù exanime manſit: haud longè poſt rediuiua Maria ſurgit; mox ad Cælos prope filij ſedem, eo quem genuerat Deo, in omne æuum fruitura euehitur. Nam vnà cum corpore, ad Cælos aſſumptam, ex maiorum traditione teſtatur Iuuenalis Hieroſolym. Epiſcopus. Et licet D. Hieronymus ad Paulum & Euſtochiam perſcribens, longè diſſentanea tradat; tamen falsò illa epiſtola Hieronymo adſcribitur. Nam in ea refelluntur Neſtorij errores, quem certum eſt poſt Hieronymi tempora extitiſſe; quod ideo notatum volui, ne

Iuuenalis Hieroſolymitanus Epiſc. apud Niceph. lib. II. hiſt. cap. 14.

Epiſtola de aſſump. D. Mar. virg. ad Paulã, & Euſtochiã, falsò D. Hier. adſcribitur.

Digitized by Google

ne ſummi viri nomine, ſumma falſitas tegatur.

Epiſtolæ, quæ Mariæ nomine ad D. Ignat. & D. Ioann. circumferuntur. Meminiſſet D. Hier. de ſcript. Eccleſ. in Ign.

Nonnullæ à Maria ad D. Ioannem, ac D. Ignatium datæ, identidem ab Ignatio ad Mariam redditæ circumferuntur epiſtolæ; quia tamen eas, nec D. Hieronymus, nec alius antiquus author agnouit, ſuſpecta mihi fides.

Mariæ effigies ex Nicep. 2. hiſt. 23.

Mariæ etiam formam, figuramque Nicephorus deſcribens, ait fuiſſe ſtatura procera colore triticeo; capillo flauo, oculis acribus, in queis pupillæ ſubflauæ oleæ colorem referrent, ſupercilio nigro, ac decenter inflexo, labijs floridis, verborum ſuauitate plenis, manibus, digitiſque longioribus, facie etiam in longitudinem potiùs, quàm in orbem decliui; ſeu ex antiqua, ac germana Deiparæ imagine; nam nonnullas D. Lucas effinxit, ſeu coniecturis, id Nicephorum hauſiſſe crediderim.

Annus xv. Claudium Auguſtum quartùm, & L. Vitellium tertiùm Coſſ. habuit. Augeſcebat Romæ fides; nec clàm vt anteà, ſed palàm Crucis vexillum per vrbem oſtentabatur. monebat Petrus, non aliud ſalubre datum ſignum, ſub quo mortales perennem conſequerentur vitam; Idolorum cultum

cultum, non modò quidpiam ad id non proficere; ſed veri, æterni Numinis iuſtam concitare iram. Id verò varijs populi rumoribus iactatum, diſcordem Ciuitatem fecit.

Biennio poſt C.Pompeio, & Q. Veranio Coſſ. gliſcente murmure, ſeditioni initium dari videbatur. Remedium protinùs viſum, id quod materiam, fomentumque rumori præſtaré rebantur, longè propellere. Scribit certè Suetonius Ehnicus ſcriptor, Claudium, Iudæos impulſore Chriſto aſſiduè tumultuantes, vrbe expuliſſe; eo namque nomine, quia in Iudæa Chriſti religio, fideſq. initium, ortumque habuerat, illuxeratque per viros in Iudæa ortos Euangelium, fideles omnes cenſebantur. Vi edicti fideles migrant, Petrus ipſe, cæterorum Princeps, & Magiſter vrbe excedit, reditque Hieroſolymam.

Fideles à Claudio Cæſare, vrbe pelluntur. ex Sueton. in Claud. ann. Lr. à Chriſti natali. ex Oroſio.

Diſſidium interim Antiochiæ inter eiuſdem fidei, cultuſque viros exoriebatur: eò oportunior eius in Orientẽ aduentus, cuius authoritate turbidi motus comprimi poſſe videbatur, fuit. Cherinthus initium diſſidio dederat, fouebatque. Hic Moyſis legi addictus, mox Chriſti cultor, circumciſionis duritiem

Antichenio diſſidij author fuit Cherintus. ex Epif. hæreſ. 28.

duritiē perpeſſus, eam ipſam in cæteros inuehere molicbatur; diſtraxitque in varia placita fidelium animos. Altiùs repetito ſermone, edocebat Chriſti aduentu, vetuſtæ legi haud derogatum; neque alio, quàm Chriſti ipſius teſtimonio id certum, exploratumque haberi. Eum non ad diſſoluendam, ad adimplendam potiùs legem veniſſe ſæpe dictitaſſe; vetuſtum proinde, quo Abraham, cæterique illuſtres Patres inſigniti forent circumciſionis fædus, quodque in perpetuum Deus ſanxerat, non abolendum. Hæc aliaue, quæ in vulgus à Cherinto iactabantur, promptum erat, vt opinor, Paulo, & Barnabæ, iam enim Antiochiam redierant, ſuopte ingenio infringere, rectiùs tamen viſum, Petri ſummi Eccleſiæ Ducis, ac rectoris mentem rimari, ſciſcitarique reſponſum; ita etenim poſteritati conſultū fore, vt tanto exemplo, religionis ambigua, ac dubia, non ad alium, quàm ad Petrum, Petriue ſucceſſores deferrentur. Nil cunctati, Hieroſolymam commeant; XVIII. à Chriſti ad Cælos adſcenſu, cùm eò peruenère voluebatur annus. Ibi Concilio aduocato, Apoſtolos, & Seniores conueniſſe Lucas ſcribit; at cum diù ante Apoſtoli,

Conc. Hieroſ. celebratū fuiſſe anno 18. à Chriſti ad Cælos adſcenſu colligitur ex epiſtola D. Pauli ad Galath. cap. 1. & 2.

ſtoli, vt ſupra enarraui, in longè diſſitas Terrarum partes, diſpartitis prouincijs commeaſſent, haud facilè eſt interpretari, præſentes omnes interfuiſſe. de Petro, qui Claudij Cæſaris Edicto, Roma pulſus proximè ante Hieroſolymam redierat; Iacobo, qui ibidem Præſul ſacra obibat munia; Ioanne etiam, qui non longè aberat; & opinari facile libet; & Paulus ipſe, in ijs, quas ad Galathas perſcripſit Epiſtolas, clarum compertumque reddit; ſatiſque id fuit, vt Apoſtolos Concilio interceſſiſſe Lucas ſcriberet. Vbi res in conſultationem venit, diù altercati, ſurgens Petrus edocet, abſonum, abſurdumque fore, veteri, qua Chriſti dono exuti forent ſeruitute rurſus ſe induere. Ad Chriſti enaſcentem lucem, veteres vmbras eliminatas, fideles animum mentemq. potiùs, à turpi, noxioque, quàm Corpus circumciſuros.

Cum in hanc ſententiam, Petrus verba feciſſet; Iacobus, Petro ſe adhæſurum enunciat; intempeſtiuè tamen futurum, ſi prorsùs tùm vetus omnis mos, rituſque abrogaretur, quin aliquo, leui ſaltem veteri ritu retento, faciliùs ex vtraque gente eandem coalituram Eccleſiam; curandum

propte-

propterea, vt omnes quotquot eſſent, ſuffocato, ac ſanguine ſe temperarent. Receptus per multas ætates veteri retento ritu ciborum ille delectus. quin proximis ſæculis, pluribus Concilijs, Gangrenſi, Aurelianenſi, & Vormatienſi ratum confirmatumque inuenies, at cùm primùm, ipſa temporis diuturnitate, Euangelij lux firmum eſt conſequuta robur, iure euanuit, abiuitque deſuetudine.

Antiquitùs ſuffocato, & ſanguine, fideles temperabāt. ex Tertull. in Apolog. Euſ. 2. hiſt. 1. Concil. etiam Gangrenſi can. 11. Auriolanen. 2. 2. can 20. Vormatien. cap. 65

Cum in eam, Petri, Iacobique ſententiam, cæteri iuiſſent; duo ex eodem conſeſſu illuſtres viri, Iudas, & Silas qui vnà cum Paulo, ac Barnaba Antiochiam decreta deferrent, deliguntur; ſimul vt incorrupta maneret, magiſque illuceſceret decretorum fides, in eandem ſententiam dant literas.

Legatione audita, recitatiſque literis, mouit Antiochenos, Apoſtolici Senatus authoritas; omni omiſſa hæſitatione, vnanimi conſenſu, quæ Hieroſolymis decreuerint Patres, amplectenda cenſent.

Hæc cum explorata apud omnes habeantur: de tempore haud ſatis conſtat. Alij anno XVIII. poſt Chriſti ad Cælos adſcenſum, Concilium celebratum voluere; tradit id D. Hieronymus, deducitque ex D. Paulo,

Digitized by Google

D. Paulo, qui ad Galathas ſcribens, poſt ſuam conuerſionem triennio in Arabia moratum, dein annis XIV. elapſis, vnà cum Barnaba Hieroſolymam redijſſe enarrat. At Baronius longè aliter Pauli verba interpretatus, XVI. à Chriſti ad Cælos adſcenſu anno, Apoſtolos ad Concilium concelebrandum conueniſſe cenſet; ſed magis eſt vt Hieronymo credam. nec futiles Baronij coniecturas, quæ ex ipſo noſtræ hiſtoriæ contextu corruunt, operæ eſt hìc referre, aut refellere.

Hoc eodem anno, Mariam Hieroſolymis vita functam, mox rediuiuam ad Cælos elatam, ſupra ex maiorum traditione, ac Dionyſij Areopagitæ teſtimonio, enarraui; aptumque tempus fuit; vt Apoſtoli, qui ad Concilium conuenerant, præſentes Deiparæ celebrarent funus. Mariæ obitus, & ad Cælos aſſumptio. vide etiam ſupra, anno 13.

Iuſtis perſolutis, abſolutoque Concilio, Antiochiam ſe Petrus confert. præter omnium ſpem pacata ſeditio, ad eius aduentum cùm penitùs abolenda videretur, acriùs conſurgit. Ibi comiter, hoſpitaliterque acceptus, cum gentibus miſcet menſas; mox verens, ne id, æquo ab ijs, qui ex circumciſione fidei adhæſerant, acciperetur animo,

Digitized by Google

hospitium cum eis iungit, amplectiturque veteris legis ritus. Petri exemplum cæteros mouet, argumentumque Antiochenis fuit, vitam ad Moysis præscriptum instituere, non modò æquum, sed perneccssarium fore. Tum verò Euangelicæ legis zelo exæstuans Paulus, contineri non potuit, quin in faciem Petri obtestando, obiurgandoque occurreret, moneretque, perniciosè eum, dum veteres amplectitur ritus, simulatque legalia; gentes ad eadem pertraheret. Eam inter Petrum, Paulumque contentionem omisit Lucas: at Paulus ipse in ijs, quas ad Galathas dedit literas, non modò luculenter enarrat, sed in re tanta, quæ in exemplum transiret, iure Petrum obiurgatum, reprehensumque tradit. Cæterum, vt in rebus magnis cõtingere solet, variè facinus interpretatum; alij in Paulo modestiam, & in obiurgando modum; alij verò in Petro constantiam desiderauère. Nec defuère, hæresum magistri, qui vtrumque, quòd non eadem fide degerent, criminarentur. Vtrumque propterea vt à crimine excusarent, diù, multumque sacri doctores insudauère. Nec leuis de germano historiæ sensu, inter duo Ecclesiæ lumina, Hieronymum,

Contentio inter Apostolos Petrum, ac Paulum Antiochiæ orta propter legalium vsum ex epist. ipsius Pauli ad Gal.

Porfirius, temeritatis, & audaciæ arguit Paulum, apud D. Hieronym. epist. 89.

Iulianus Apostata, hypocrasis, & simulationis arguit Petrum, apud Cyrill. lib. 9.

Marcion, & Valentinus, vtrũq. Apostol, ũquòd non in eandem fidem regulam consentirent, criminantur. apud Tertull. lib. 4. contra Marcion.

mum, & Auguſtinum altercatio extitit; Hieronymo contendente, ex compoſito diſſidium eos ſimulaſſe, vt ita ij fideles, qui adhuc Moſayco ritu degebant, Petrum ea de re, à Paulo reprehendi, reprehenſioniq. conquieſcentem dùm cernerent, proniùs, faciliùſque à legalium vſu auocarentur. Sed huic interpretationi acerrimum eſt expertus Auguſtinum aduerſarium, qui nihil, quod in ſacris literis ſeriò enarretur, fictè, & ſimulatè geſtum eſſe multis datis ad Hieronymum literis edocet. Tandem Auguſtinus, inconſtantia, & ſimulatione leuiter Petrum lapſum ſcribit. Rectiùs fortè alij, & ſi Petrum iure obiurgatum, eum tamen, & Paulum ab omni culpa immunem volunt. Cùm id pugnantia inuoluere videatur, non abs re fuerit rem altiùs aperire. Poſt quàm inſitum, innatumque cuique lumen, quo duce procul ab errore degeremus, ſenſus illecebris illectum, à iuſto, rectoque aberrare coeperat, per Moyſem Vatem, legem, ad cuius præſcriptum vitam mortales inſtituerent, dedit Deus; demùm, vt ad altiorem rerum ordinem, ad beatam, perennemque cum cæleſtibus vitam, hominem eueheret, humana ipſe indutus natura, longè maiora

Vide D. Hieronym. epiſt. 89. ad Auguſt. & Auguſt. epiſt. 8 & ſequentibus nec non lib. 11 contra Donatiſtas.

reserauit arcana, salubriora præscripsit monita. per ea quidem, vim omnem obligandi statim lex amiserat, sed non statim ei penè derogatum; impunè donec Euangelica lux per omnes Terrarum partes se diffunderet, poterat quisque iuxtà eam, vitam, moresque componere. Inde non dùm vbique terrarum Euangelico propagato nuncio, Petrus, vt rem gratam ijs, qui ex circumcisione ad Christi cultum accesserant faceret, iuxtà Moysis præscriptum vitam per breue tempus instituere non abs re duxit. At plerumque quæ bono consilio gesseris, non pari exitu eueniunt. Moysis instituta cunctos adhuc obstringere, ex Petri exemplo cæteri interpretabantur, omittebantque Christi monita legemque; inde absque vllo suo crimine, in pernicioſum errorem alios trahentem, quò acriùs, eò salubriùs à Paulo obiurgatum.

Post hæc, cæteras Syriæ, ac Ciliciæ Vrbes perlustrare Paulus mente voluens, consilium animi sui Barnabæ indiuiduo comiti aperit. Erat Barnabæ sobrinus frater Ioannes, cognomento Marcus; eum dum peregrinationis socium exhibet, haud satis inter se concordes, alius aliò intendit iter.

ex Luca Actorum 13.

Marcus

Marcus diù ante vtrique comes, dum in Cypri Insulam contenderet, mox vlteriùs in Pamphiliam progressos, desertor fuerat; inconstantiæ Paulus memor, maluit solus, quàm cum parùm constanti comite iter peragere. At apud Barnabam valuit in sobrinum amor; cum eo Cyprum nauigat, inde in Italiam magnis itineribus contendit; primùm omnium in Lyguriam, mox Mediolanum Euangelij intulisse lucem, traditione gens ea accepit. Marcum sobrinum Barnabæ, eumdem cum eo, qui Euangelij scripsit historiam, falsò quidam censuere; nam ille Barnabæ, hic Petri comes. hoc ipso verò tempore, dum ille vnà cum Barnaba in Italiam contenderet, hic Alexandrinam regebat Ecclesiam.

Barnabas in Lyguria, dein Mediolani, Ecclesiam erigit.

At Paulus comite Syla, Lycaoniam peragrat; breuique ibi præclarum alium constantia, ac amore nactus est comitem. Timotheum adeò Euangelij incendit luce, vt patria, patrijsque bonis posthabitis, solum Paulum in omnes Terrarum partes sequendum duxerit. E Lycaonia Galaciam intrat. mox in Bithiniam iter intendens, cæleſti obuersata specie, Troadem, quæ & Antigonia dicitur, ire compellitur. Ibi Lucas

Timotheus Pauli discipulus, & comes, qui deinde, Ephesinæ Ecclesiæ Episcopus fuit.

Lucas Paulo adhæret; & an vnus ex 72. discipulis.

ra clementia, à morte eximit eum, à quo ipſe carcere clauſus, cateniſque oneratus cum vitæ diſcrimine detinebatur. Cuſtos carcerem ingreſſus, vbi Paulum, comiteſq. vinculis ſolutos, nec fugam meditatos conſpicit, miraculo attonitus, ad pedes eius ſe proijcit. Vt verò per vrbem percrebuit rumor, multitudo ingens, Chriſti cultum amplectitur. Magiſtratus, ne nouo cultu populus deuinceretur, clàm eos dimitti iubent. Tùm Paulus, Ciuem ſe Romanum oſtendit; æquum eſſe, vt palàm irrogata ſibi iniuria, palàm quoque deleretur; nec antè vrbem egredi voluit, quàm ijdem magiſtratus ſupplices venirent.

Ventum inde Teſſalonicam. Ea eſt vrbs Macedoniæ metropolis in ſinu Thermaido ad oſtium Achedori fluminis ſita. Ibi Euangelicum propagando nuncium, adeò atrox excitatur ſeditio, vt vrbis menibus non ſe contineret; nam cùm Beream confugiſſent, eò hoſtes decurrunt; nec anteà hoſtilem euaſere impetum, quàm Athenas ſe reciperent.

Anno XIX. à Chriſti ad Cælos adſcenſu C. Antiſtio, & M. Suillio Coſſ. inita Athenis de fidei arcanis cum græcis Philoſophis diſcepta-

disceptatio. Hi naturæ vim spectantes, nec supra eam mentis acie erecti, Poetarum fabulis quàm simillima ea rebantur: Cùm verò Celeste Numen, humana indutum natura, in Terris obuersatum, mortemque in ea perpessum, rediuiuum deinde ad Cælos vnde euenerat fecisse reditum, Paulum affirmantem audissent, ducunt hominem ad Areopagum. Areopagus locus, quò status, religionis, aliæue grauiores caussæ conferebantur, Athenis erat. Vbi in disceptationem res venit, tàm appositè Paulus est loquutus, vt facilè vera à fabulosis secerneres; nec modò Philosophi, qui inani sapientiæ gloria se iactantes, acriter se opposuerant; sed plerique ex Senatoribus, quæ fidei obscuritate inuoluebantur, agnouere. Erat inter Senatores, Dionysius vtraque seu mortalium Cætus regendi, seu naturalium rerum insitam cuique vim indagandi arte, præclarus. Is vbi Paulum audiuit, Diuina magis, quàm humana loquutum conclamans, Paulo adhæret. Ita mutato rerum ordine, is, qui in reum iudicium erat laturus, rei iudicio se subijci voluit; eò sublimior, quò erga Paulum humilior. Tùm maximè ad Diuina se euexit, cùm Diuinarum

De Areopago habes apud Lucianum in Hermot. & apud. D. Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 10.

Dionysij Areopagitæ conuersio.

rum rerum rudem, ac planè ignarum ſe eſſe intellexit. Nec mirum, ſi tanto duce, ac magiſtro, mirum deinde, tùm prædicatione, tùm ingenij monumẽtis, Eccleſiæ lumen euaſerit. Viri exemplum ſequuta vxor Damaris, ingens incrementum fuit.

Da maris vxor Dion. ex Amb. in epiſt. ad Vercellen. & Cryſoſt. de ſacerd.

Datæ eodem anno, eadem ex vrbe, vt Athanaſius, & Theodoretus interpretantur, à Paulo ad Theſſalonicenſes literæ. Hoſtilis aduerſus fideles Theſſalonicæ graſſabatur furor; eorum aduerſus hoſtilem impetum, vt firmaret animos, Timothæum diſcipulum, & alumnum, Paulus delegat; mox conſcribit literas, quæ recitatæ, non modò in præſens, ſed ſequentibus quoque ætatibus, ægris mortalium mentibus leuamen fuere. Vt non immeritò hodie quoq. inter Miſſarum ſolemnia repeti, recitarique Eccleſia velit. Tùm alia ibi præclarè, Paulus, tùm præcipuè, id quod plurimùm ad infringendum inane nonnullorum hæreticorum ingenium, qui ab Eccleſia Traditiones eliminauère, plurimum valet. nam non modò, quæ ſcriptis, ſed quæ traditione acceperint, tenenda, ac recolenda, ſecunda quam ad Theſalonicenſes dedit epiſtola, commendat: multaque in eam ſententiam,

Epiſt. D. Pauli ad Theſſal. hoc anno perſcriptam, colligitur ex initio epiſt. iũcto eo, quod tradit Lucas Actor. 16. Datã vero Athenis, docet Athan. in Synop. quin Theod. primã & ſecundam; nam duas Paulus perſcripſit, ibidem datas cenſet vtramq. verò, Corinthi. perſcriptã eſſe, Bar. exiſtimat.

Traditiones recipiendas eſſe, meminit Paulus ad Theſſ. epiſt. 2. Vide Cryſoſt. ibid. & Tert. de teſt. ani. latè D. Iren. lib. 3. cap. 3.

D. Cry-

D.Chryſoſtomus, Tertullianus, alijque celebres Patres, perſcripsère. Certè Traditionibus innitendum, vel ex eo clarè conuincitur, quod ipſum Religionis fundamentum fidei Symbolũ, non tam ſcriptis, quam ore, vt ſupra ex Hieronymo, & Auguſtino enarraui, ab Apoſtolis traditum ad poſteros deuenit.

Fidei Symbol. oretenus magis, quàm ſcriptus, ab Apoſt. acceptum ſup. ad annum x.

Datis ad Theſſalonicenſes literis, Corinthum Paulus pergit. Corinthus Ionio, & Aegeo adiacens mari, Peloponeſi inclyta eſt vrbs. Grande ibi fidei incrementum, Cælites prædixerant. Id in cauſſa fuit, vt grandi temporis ſpacio, menſes ſex ſupra annum moraretur. Nec irritum vaticinium fuit, plebes iuxtà, primoreſque Chriſto deuinxit. In eo populi ſtudio, cum affatim omnes, ſe, domum, domeſtica omnia exhiberent, precibuſque ac comitate inuitandi allicerent, æquè omnes amplexus, nullius hoſpitio Paulus eſt vſus; manuum potiùs opificio, vmbracula, ac tentoria conficiendo, nam ſcenefactoria callebat arte, victum comparaſſe Lucas eſt author. Nec mirum ſi vir familia nobilis, ea calluerit arte: nam, vt plerique ex Rabbinis teſtatum reliquere, nemo apud hebræos, ad ſacrarum literarum diſci-

Paul. Corinthi tentoria conficiendo, victum quærit.

Rabbi Gamaliel in doctrina fratrum, quæ inſcrib. Haod. alijque.

diſciplinam, niſi priùs artem, quæ in externum tranſiret opus, perdidiciſſet, admittebatur. quodque apud exteras gentes patritio viro indecens, apud hebræos, non leue decus erat.

Anno xx. CL. Auguſto quintùm, & Corn. Scipione Coſſ. fluctuauit Corinthiorum in Paulum amor, Iudæorum ea in vrbe agentium inuidia; breuique quas per ſummam iniuriam in innoxium parauerant, in ſeipſos ſummo iure auertère iras. Seditione concitata, Paulum ad Proconſulem ducunt; criminabantur nouum Deorum cultum in ſimplices animos inuehere. Erat Achaiæ Proconſul, L. Iunius Gallio L. Annæi Senecæ, qui philoſophiæ, ac eloquentiæ ſtudijs clarus, Neronis iuuentæ rector fuit, Romano iure degens. Is non tam noſtræ religionis ſtudio, quam in ſuperſtitioſa Iudæorum odio, acriter Soſthenem ſeditionis ac tumultus authorem, increpat. nec mora: cæteri, qui aderant minas exequuti, inanem ſuperſtitionem, petulans ingenium verberibus coercuerunt: maior inde Paulo fides, nec vllo repugnante, vrbis doctor: credentium pater euaſit.

L. Iunius Gallio, Achaiæ Proconſ. germ. frater L. Annei Senecæ. ex Seneca in præf. lib. 4. nat. qq.

Anno xxi. qui Lxv. à Chriſti natali fuit,

Fauſto

Fauſto Sulla, & Siluio Otthonè Coſſ. Paulus ingentem apud Corinthios gratiam adeptus, Epheſum nauigat. Triennio ibi moratus, tùm Diuina pandendo, tùm crebris miraculis ea confirmando, celebre per vniuerſam Aſiam conſequitur nomen. Iuxtà animo, ac corpore ægros, vndique ad eum confluenres cerneres. Scribit certè Lucas, alios cingula, veſtemque, alios ſudariola attingendo, frugiferam languenti corpori, alios peccata fatendo, ſalubrem ægræ menti conſequutos opem. Inde plerique ſcriptores ad expianda crimina, ſacerdoti ea pandere, ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio, vſu inter fideles receptum, interpretantur. Idque Origenes, ac Tertullianus antiqui authores tradunt, & nos oportuniùs in tempore memorabimus. Sanctorum quoque reliquias, dùm non modò eorum cineribus, ſed veſtimentis quoque inditam frugiferam ad ægritudines tollendas vim legimus; religione colendas eſſe, plerique acri ingenio viri, contra nouatores hæreticos notarunt. Erat Epheſi inclytum Dianæ Phanum, quod communibus Aſiæ opibus erectum, inter ſeptem orbis miracula, adſcripſit antiquitas. Inter alia magnifi-

Pauli, Epheſi preclarè geſta.

Lucas Actorũ 19.

Peccatorũ confeſſ. ab exordio Eccleſiæ vſu recepta. ex Orig. homil 11. in Pſal. 38. & Tertull. de baptiſ. cap. 20.

Sacras reliquias colendas eſſe; ex Pauli veſtibus, ac ſudariolis inſita frugifera vi, deducitur.

Dianæ Epheſię Templum.

magnifica, centum viginti columnæ, in ſexaginta pedum altitudinem miro cælatæ opificio, erigebantur. Vbi primùm, quod Paulus prædicauerat, enituit Numen, vetus celebris Templi cultus propè deſtituebatur. Ingens inde opificibus, qui ad Templi ornatum, aulæis, Idolorum ſtatuis, Tabuliſq. pictis deſtinabuntar, lucri iactura. Ea irritati, Dianæ nomen per vrbem extollentes, rudem multitudinem in Paulum, comiteſq. concitant. Aegrè furentes animi ab exculti ſſimo Oratore, cui Alexander nomen, & recti amor, deliniti. Eius oratione, populariũ potiùs ſuperſtitio, quàm opificum auaritia, religioni tandem ceſſit.

Philippi Apoſtoli obitus. ex Euſeb. in chrõ.

Eodem anno, Philippus Apoſtolus conſtantia mortis, Euangelicæ veritatis teſtimonium dedit. Hierapoli, quæ Phrygiæ eſt vrbs, Cruci affixus, lapidibuſque confli-ctatus, eò præclariùs Cælum eſt adeptus, quò ſæuius è Terris ereptus fuit. Quem viuentem ſæuè ſuſtulerant, mortuum poſteri miraculis clarum accepère, & coluère. Obtinuit multas poſt ætates vrbs Roma cineres, celebrique feſtiuitate, vnà cum D. Iacobi Alphei reliquijs, in Templo XII. Apoſtolorum colit.

Anno

Anno XXII. à Christi ad Cælos adscensu, ab ortu vero LV. D. Iunio, & Q. Haterio Coss. Inane apud Corinthios exortum certamen, in graue fidei erumpebat discrimen, ni protinus Pauli nuncijs, ac Epistolis cohibitum. In varia, ac magna multitudine, cùm alij ab alijs Diuinarum rerum arcanis edocti essent, non ad vnum omnium Caput Christum, ad suum quisque authorem religionis referebat initia. Indè mira inter vnius fidei, cultusque viros; alij Pauli, alij Apollinis, alij Cephæ, seu quo alio nomine se iactantes discrimen. Nec anteà in re graui, leuitas compressa, quàm Timotheum discipulum, & alumnum cum literis Paulus delegaret. Literæ non modò pronis animis, à Corinthijs acceptæ, sed posteritas quoque coluit, vt non mirum, si inter Missarum solemnia, hodie quoque reperantur. Fine anni Timotheum legatione functum, Ephesinæ Ecclesiæ, Episcopum, ac rectorem dedit.

D. Paulus scribit ad Corinth. primam epist. & qua occasione.

Tim. primus Ephesi Episc. ex Euseb. 3. hist. 4.

Anno XXIII. qui LVI. à Christi ortu fuit, M. Asinio Marcello, & M. Acilio Coss. Claudio Cæsari veneni violentia mors illata; eam, quam consortem vitæ delegerat, necis ministram habuit. Agrippina vxore struen-

Claudij Cæsaris mors. ex Tacit. lib. 12. in fine.

Digitized by Google

ſtruente paratum virus, per miniſtrum explorare epulas ſolitum, patratum facinus. mors patefacta, poſt quàm Imperium Neroni, quem ex priori marito conceperat, mulier viri ſanguine dotata, firmarat.

Claudio extincto, Edictum, quo vrbe propulſi fideles, vnà cum authore, abolitum; quò iniquius exilium, eò charior reſtituta libertas. Id in cauſſa fuit, vt Paulus Hieroſolymam, inde Romam petere in animum induceret. Haud æquum erat, vt is, quem Cælites Orbi magiſtrum, gentibus docto. rem dederant, procul ab vrbe quæ vrbis caput, gentium dominatrix erat, diutiùs ſe contineret. Epheſo egreſſus, haud immemor Epheſiorum fuit. Infixus in pectore, quo ferebatur in eos, vbique terrarum comitabatur amor. Vbi in Macedoniam peruènit, literis præſentiam compenſat, dirigitque ad Timotheum, æquè Apoſtoli diſcipulum, ac Epheſiorum magiſtrum; nam vt anteà memoraui, Pauli alumnus, mox Epheſinæ Eccleſiæ parens, ac rector fujt. E Macedonia per Aegeum mare Cycladas Delo in orbem adiacentes Inſulas, inde Cretam contendit. Perluſtrata regione, deceſſurus, Titum indiuidum Comitem, amatiſſi-

Epiſt. ad Tim. hoc anno, & in Maced. à Paulo perſcribitur Ex Athanaſ. in Synopſi. Theodor. in præfat. in epiſt. Pauli.

Titus Creten. Epiſc. ex epiſt. D. Pauli ad Titum.

amatiſſimum alumnum, ducem, ac paſtorem eis dedit; voluitque potiùs à chariſſimo viro, quem filij loco habebat diſiungi, quàm Eccleſiam eam, patre, ac paſtore orbatam deſerere.

Anno XXIV. à Chriſti ad Cælos adſcenſu, ab ortu vero LVII. Cl. Nerone, & L. Antiſtio Coſſ. in Achaiam ventum eſt. Perennis eo anno, ex ea regione, vniuerſo orbi emanauit lux. Tùm primùm Lucas indiuiduus Pauli comes, ſeu ad exurgentes Cherinthi hæreſes refellendas, ſeu ad mortalium mentem ad cæleſte conſortium erigendam, Euangelij conſcripſit hiſtoriam; placuitque ad Theophilum dirigere. Theophilus, tùm opibus, tùm genere illuſtris, virtute, ac pietate illuſtrior fuit; nam vbi primùm, Petrus Antiochiam peruenit, paternam domum, vbi genitus, vbi educatus fuerat, in Templum erexit; ibidemque Petrum pontificia obijſſe munia, D. Clemens eſt author. Vnde haud mirum, ſi Lucas cæleſte Diuinarum rerum ei credidit theſaurum, cuius domum Apoſtolorum Princeps pontificia decorarat ſede.

Lucas, vbi, & quo anno conſcripſerit Euangelium. ex Origene homil. 1. in Lucam. & Hier. in præf. in Matth.

Theophili domus in Templũ Antiochiæ erigitur, decoraturque Petri ſede. ex D. Clem. lib. 10. Recog.

Anno XXV. à Chriſti ad Cælos adſcenſu, ab ortu verò LVIII. Nerone Auguſto ſe-

cundùm,& Calpurnio Piſone Coſſ.Paulum Hieroſolymam propinquantem, hoſtium per Syriam inſidiæ detectæ, auertère. Ad eas eludendas, Syriam declinans, Macedoniam redit, appulitque Corinthum; nec tam Hieroſolymam, quàm vrbem Romam, quæ cæleſti per eum luce, iuxtà ac ſanguine decoranda erat, voluebat animo. Quò maioribus obſtaculis itinere detinebatur, eò proniùs eodem ferebatur animo; literiſque ad Romanos, mentis ſuæ propenſionem denotatam protinùs voluit; nam datas Corinthi eo anno Pauli ad Romanos literas, Origenes, alijque præclari tradidere authores. Corintho egreſſus, Troadem ſe confert. Excepère ibi Troades, læto cultu, ſummis honoribus. Poſt quàm ingenti omnium alacritate,cænam concelebraſſent, Paulus facunda oratione eloqui cæpit;vſq. in mediam noctem ſermonem protraxerat; cùm improuiſa calamitas,turbamen cunctis fuit. Aderat inter eos adoleſcens, Euthychus nomine, in magna populi affluentia, ex ſumma habitaculi feneſtra, aures, oculoſque magis, quàm mentem intendit. Medio ſermone, ſopore oppreſſus, præcipiti, ſubitoque lapſu in atrium cadit. Contremefacti

Epiſt. D. Pauli ad Roman.vbi, & quo anno data. ex Orig. præfat.in epiſt.

ampliùs eos viſurus. Id in cauſſa fuiſſe, vt tàm enixè cum amatiſſimis filijs, cum chariſſimis fratribus, poſtrema verba, poſtremum amplexum exoptaret. Hæc præfatus, ſalubria, quibus concordem vitam agerent, præcauerentque à fallacibus ducibus, hæreſes, ſeditioneſque ſerentibus, præſcripſit monita. Multo cumanimi dolore, ea ab Epheſinis audita: ſed nihil æquè in eorumdem pectus deſcendit, quàm ſe numquàm aliàs Pauli faciem viſuros; multis cum lachrymis, ad collum procumbentes, non antè ab amplexu, ab oſculo deſtitère, quàm nauim Paulùs conſcenderet. Transfretato mari, Coum primò, mox Rhodum, dein Pateram ventum eſt, aliam ibi, quæ in Phæniciam nauigabat conſcendentes, Tyrum appulere. Vrbs ea antiquitùs vndique præcincta mari, ſeptingentis fermè paſſibus à Terra diſſita erat, Alexander Macedonum Rex, dum ei bellum mouet, quò facilior expugnatio foret, continenti iuncta Tripolis deinde à tribus in vnum iunctis, Sidone, Arado, Tyro vrbibus, eſt appellata. Paulum aduentantem excepère Tyrij læto cultu; pari deinde ſtudio decedentem, affatim cum liberis, atque coniugibus vſque ad

Tyri, quæ & Tripolis, hodie dicitur deſcriptio.

mare

concitauit motum ; protinùs totam vrbem peruadit rumor ; ſtrepitu, clamore, vi omnes in Paulum irrumpunt: ægrè à furentibus per Lyſiam Tribunum, qui magna militum manu aduolat, ereptus, non dum tutus erat, nam rurſus clamore, ac ſtrepitu morti depoſcitur ; intuliſſentque quam deuouerant necem, ni protinùs vrbe Paulus demotus foret. Tribunus, ad Felicem Præſidem, qui Cæſareæ tùm morabatur, militum circumſeptum agmine mittit.

Nec multos poſt dies, ad Portium, qui in Prouincia regenda, Felici ſucceſſerat, inuiſendum, Agrippa Rex eò ſe confert. Coram Rege, coram Præſide, intrepida oratione, innoxium crimine, criminantium dolo vinctum tenerl cùm ſe detexiſſet Paulus ; æquum erat, vt liber dimitteretur. At valuit magis factionis ſtudium, quàm æqui amor ; dum nullum in reo agnoſcunt crimen, procul amouendo ad Cæſarem dijudicandum mittunt. Iniquitas, æquitatis loco, Paulo fuit, gratumque id ei accidit: nam in vrbe Roma, maior eum expectabat rerum moles ; eodemque è loco immolandus, aditum ad ſuperos comparaturus erat. Iulij cohortis Italicæ Centurionis fidei, ac vigi-

lantiæ

Subtilis Ingenii Viri, Thomæ Bartholini, Medici Hafniensis, Epistolæ Medicinales duæ. Hafniæ, 1661. 12. Ejusdem Epistolæ Medicinales duæ. Hafniæ, 1662. 12. Ejusdem Epistolæ Medicinales duæ. Hafniæ, 1663. 12. Ejusdem Epistolæ Medicinales duæ. Hafniæ, 1664. 12. Ejusdem Epistolæ Medicinales duæ. Hafniæ, 1665. 12. Ejusdem Epistolæ Medicinales duæ. Hafniæ,

agitantur procellis. Poſt diutinam nauigationem cùm Gnidum propinquam vrbem tenere non poſſent, in Cretam iter dirigentes, ægrè in oram, cui Boniportus nonomen, appulere. Ibi quietem à recenti maris iactatione ſumentes, expectabant, donec tranquillitas mari redderetur. Tandem exorto auſtro, non ſolùm videbatur ſedata tempeſtas, ſed proſperam, celeremque futuram nauigationem apparebat. Nil cunctandum in tam opportuno tempore Iulius ratus, properè velas explicari, flatibuſque dari iubet; at Paulus quò ſereniora, ac tranquilliora apparebant omnia, eò turbidiora, latere præſcius, monere, prædicere nil feſtinatione opus eſſe; longè atrociores ſubeundas procellas, ſi inde tùm decedere contenderent. Valuit apud Centurionem, nautarum contra ſenſientium conſilium; breuiq. in ſummum vitæ diſcrimen, cunctos perduxit. Dùm per Cretenſe mare deferuntur, vento mixtus imber, vndique fluctibus iactat nauim; quibus cùm operiri videretur, quò faciliùs ab inſurgentibus vndis emergeret, fortunæ omnes, in mare proijciuntur. Tùm verò increbreſcente procella, denſus per multos dies, noctesque cælum operit nimbus;

nimbus; non noctu Sydera, non Sol interdiu nauigantibus erant. Triſtitia, dolor, deſperatio in omnium vultu cùm emineret, Paulus non datam ſibi fidem, paucis conqueri, dein benigna oratione, conſolari ægros animi, futurum affirmans, vt ab imminenti exitio naui perfracta, incolumes omnes in viciniorem inſulam euadant. Quartadecima nauigationis agebatur dies, cùm in Adriam remigantes, viſi ſunt terram ex propinquo tenere. Facta tùm omnibus exigua vitæ ſpes, cùm ſubitò ventorum augeſcens impetus, in Syrtim nauim defert. Nauis infixa à prora immota manet, à puppi ingentibus fluctibus quaſſata, in varias partes ſcinditur. Ducenti ſexaginta ſex in nauigio erant; cuncti in extremo vitæ diſcrimine, extrema auſi, alij tabulis arreptis, alij nando, proximam Inſulam, quæ Melita dicitur, poſt multam fatigationem, nemine fluctibus demerſo, tenuère.

Paulus, comiteſque naui perfracta, in Melitenſem Inſulã euadunt.

Cùm tot hominum à naufragio, votis, ac clamore effugientium, in littus euaderet agmen, apparuiſſentque rigentibus, ac tabeſcentibus membris, miſeratio loci incolas incedit; accenſa lignorum ſtrue, afflictos, debilitatos, rigenteſque frigore refouent.

Paulus

Paulus in communi diſcrimine, rerumque omnium inopia haud piger, ſarmentorum multitudine congregata, aridum, aptumq. pabulum igni præbebat. cùm ſtatim, ecce alia calamitas, vipera à ſarmentis elapſa, Pauli manum ſæuo inuadit morſu. Tùm verò Inſulani, hominem nefarium, quem nec mare, nec tellus ſubſtentare velit, Paulum incuſantes, mortiferam veneni labem, per totum corpus protinùs ſe diffuſuram cenſebant. Vbi verò diù expectando, nullum in eo detrimentum perſentiunt, ex nephario, ſacroſanctum, ac penè Deorum dono miſſum, prædicant. Ab eo tempore, fortè, vt inſigne miraculi monumentum poſteris daretur, ſerpentes, cæteraſque venenatas beſtias, vim omnem eo loco nocendi amiſiſſe creditum. Publius Inſulæ princeps, benignè, hoſpitaliterque Paulum comiteſque recipit. Publij pater dira vexabatur febri. Ad eum inuiſendum cùm Paulus acceſſiſſet, manu ſuper languentem impoſita, ecce aliud miraculum, ſubitò fugata febri, languens firmæ redditur valetudini. Cùm percrebuiſſet miraculi rumor, quotquot languoribus detinebantur, ſpe valetudinis accedebant; nec ſpe fruſtratos, redijſſe

Hunc Publium Meliten. dein Athen. Eccleſ. Epiſcop. à Paulo Præfectum fuiſſe, traditur apud Euſeb. 4. hiſt. 22. Martyrium quoque ſubijſſe, ſcribit D. Hieron. de ſcript. Eccl. in Quadrato.

Digitized by Google

redijſſe tradit Lucas. Trophimus Pauli comes, fortè tùm in morbum incidit. Mirum, dum exteri ignotique viri, ſalubrem languoribus conſequuntur opem; nullum amatiſſimo comiti, diſcipulo, & alumno, Pauli ope leuamen; quin infirma corporis valetudo, ne Paulum decedentem ſequeretur, vt ex eiuſdem Pauli literis deprehenditur, detinuit. Seu abditum conſilium, ſeu vt tolerantia, virtuſque magis aduerſis perficeretur, in cauſſa fuit. Ex epiſt. 2. ad Timoth.

Anno XXVI. à Chriſti ad Cælos adſcenſu, ab ortu verò LIX. Q. Voluſio, & P. Cornelio Scipione Coſſ. Poſtquam Melitæ hyematum eſſet; primo Vere, alia comparata naui, Siracuſam inde per Siculum mare, Calabriam petentes, Rhegiũ appulère. Rhegium non longè à Leucopetræ promontorio, iuxtà Charybdim Scyllamque ameno cælo, ſituque eſt vrbs. Eam inter ſeptem Italiæ illuſtres vrbes, antiquitas numerauit. Gondidit Aſchenez Noe pronepos, retinuitque ab authore nomen, donec terræ ingenti motu, Sicilia ab Italia diuulſa, Græci, qui eam Calabriæ oram tùm incolebant, Rhegium à fractura, ſeiunctioneq. vt Iuſtinus ſcribit, dixère. Ibi breui Paulus moratus, Rhegium Pauli aduentus. Iuſtinus lib. 4. hiſtor.

tus, longam, ſempiternamque ſui memoriam reliquit. Inualuit apud Rheginos conſtans fama, Paulum diuina pandere arcana aggreſſum, ingenti cicadum agminis ſtrepitu, cùm ægrè vox exaudiretur, ſilentio eiſdem indicto, ſtatim longè migrare viſas: Inde factum eſſe, vt ſicut non abſimili miraculo, Melitena Inſula, venenata animantia non patitur, ita nullas hodie ea regio cicadas habeat. adeò quæ abdita naturæ vi, præter ſuetum ordinē eueniunt, pronum vulgus miraculo adſcribere; & gliſcit error poſteritate, dum inanibus religio tegitur.

Rhegium cur Cicadas non habeat. vide apud Strabon.

Cæterùm apud Strabonem, qui ante Pauli in eam vrbem aduentum, temporibus Auguſti, & Tiberij claruit, numquam eam regionem, vt pote rore inopem, cicadas aluiſſe inuenio.

E Rhegio, flante auſtro, nauigatione celeriventum eſt Puteolos. Veterum ſociorum præces, comitate inuitandi iunctæ, ſeptem diebus ibi Paulum tenuere. Electo inde terreſtri itinere, Romam contendnnt.

Pauli Romam aduentus anno ſalut. 59 Nerō. 3. ex Euſebij. cron.

Interim per vrbem propinquus Pauli aduentus vulgabatur. Affatim fideles obuiam occurrunt, alij ad tres tabernas: is locus corrupto vocabulo, Ciſterna nunc dicitur,

tur: alij longiùs ad Appij forum, quinquageſimo ab vrbe lapide, proceſsère. Diuerſis animi motibus aduentantem excipiunt: gaudebant poſt crebras gentium, Iudæorumque conſpirationes, poſt tot maris, terrarumque diſcrimina, incolumem, ac ſuperſtitem videre. Simul dùm vinctum ad Neronis Tribunal, cauſſam dicturum duci cernunt, mæror, & dolor eorundem occupat animos. Nero tertium Imperij tùm agebat annum, nec dum eruperat in ſcelera, quibus Principes omnes longè anteiuit. munificentia animi, profuſa liberalitate, clementia, clarus habebatur. namque in Imperij primordio generis claritudine inſignes, ſed re familiari deſtitutos, propria pecunia iuuit, grauiora vectigalia aut abolevit, aut minuit. addit Suetonius, admonitum, vt ſententiæ, qua quidam capite plectendus erat, ſubſcriberet; in hæc penè verba quæ clementiam præferrent, *Quàm vellem neſcire literas*, prorupiſſe. Apud Cæſarem cauſſam cùm dixiſſet Paulus, obtinuit, vr per vrbem, cum cuſtodiente milite pro libito incederet. Nec defuere qui comiter hoſpitio acciperent. Primùm omnium via lata, in æde, quam in Templum

Sueton. in Neron. cap. 10.

Deiparæ

Deiparæ Virgini ſacrum deinde erexère, diuerſatum, ex eiuſdem Templi monumentis conſtat. Multos etiam ex domo Principis familiari amicitia ſibi iunxit; vt non abs re ad Philippenſes deinde perſcribens, hiſce planè verbis (*Salutant vos omnes ſancti, maximè qui de domo Cæſaris ſunt*) indicatum id voluerit; nam, vt ſupra memoraui, fideles omnes, antiquitùs, Sancti, appellabantur. Torpetes, & L. Annæus Seneca, clari inter eos habentur. Poculorum ille inter epulas miniſter, pro fide, vt in tempore memorabo, mortem obire non eſt veritus. Hic eloquentiæ, ac philoſophiæ ſtudijs Imperatoriæ iuuentæ rector, an Euangelij acceperit lucem, incertum habeo. nam licet D. Hieronymus annuat, coniectans id ex epiſtolis, quæ Senecæ nomine ad Paulum ſcriptæ circumferuntur; eas tamen, ementito nomine confictas, inde ſuſpicor, quòd clades, quam vrbi Romæ incendio illatam, imperante Nerone, C. Lixanio, M. Licinio Coſſ. ex Tacito, alijſque authoribus conſtat, quinquiennio antè, Aproniano, & Capitone Coſſ. contigiſſe in eis memoratur.

Seneca num fuerit à Paulo Diuina fide illuſtratus.

Tacit. lib. 15. Annalium.

Vulgato interim per Orientem, Paulum vinctum Romæ teneri, certatum inter veteres

Digitized by Google

res ſocios,quò opem ſubſidiumque ferrent. Philippenſes, legatos cum muneribus, ac donis mittunt. Non abſimile ſtudium,non abſimiles opes, per Oneſiphorum legatum, Iconienſes præſtitère. Poſt quam Epafroditus, Philippenſium nomine, munera exhibuiſſet, nunciat,veterem à Simone mago inuentam, Baſilide authore reuiuiſcere hæreſim;addere etiam inauditum figmentum, Chriſtum nequaquam mortem in cruce perpeſſum, ſed è militum oculis,manibuſq. diuina vi elapſum, Cireneum ſibi proximè aſtantem, ſui forma, atque imagine imbutum, cruci expoſuiſſe. Ad eas procul eliminandas hæreſes, datæ eodem anno à Paulo ad Philippenſes, quibus inane figmentum refelleret,literæ. Nec beneficiorum immemor, ingentes gratias rependit, traxitque mutuus amor, vt ad eos redditum deſtinaret; eumque haud longe poſt futurum prænuncians, ingens ea ſpe, Philippenſium animis ſolamen.

Philippenſes, & Iconienſes mittunt Romã ad Paulum munera. ex epiſt. ipſius Pauli ad Philipp. cap. 4. & 2. ad Tim.

Baſilidis hæreſis, de qua Ireneus lib. 1. cap. 20. Epiph. hæreſi 24.

Epiſt. D. Pauli ad Philippen.

Epiſt. 2. Paulĩ ad Coloſſen. Alia ad Epheſios. Alia ad Hebræos.

Coloſſ. gens Phrygia ex Strabon lib. 12. cap 13. & Plin. lib. 5. cap. 32. quare fallitur Suidas,dũ eos fuiſſe Rhodios cẽſet,ac ab ingenti ſolis Coloſſo ibi erecto, Coloſſen. dictos.

Anno xxvii. à Chriſti ad Cælos adſcenſu, ab ortu verò Lx. Nerone Auguſto iii. & Valer. Meſſala Coſſ. aliæ Orientis partes, Pauli literis illuſtrantur. Coloſſenſes gens Phrygia iuxtà flumen Meandrum,non longè à

gè à Laodicea; Epheſij quoque lætis animis, eas accepere.

Aliæ eodem anno datæ ad Hebræos literæ. Has an Paulus perſcripſerit, à nonnullis propter ſtili diuerſitatem antiquitùs dubitatum. Tertullianus Barnabæ, alij Clementi Papæ, nonnulli Lucæ eas adſcribunt; cæterùm à Paulo perſcriptas Clemens Alexandrinus, & Hieronymus teſtantur, quin & Petrus Apoſtolorum Princeps, irrefragabili teſtimonio id confirmaſſe videtur; hùc enim alluſit, dùm ad duodecim Tribus perſcribens, in hæc fermè verba (*Sicut & Chariſſimus frater noſter Paulus, ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis*) rem innuit. Neque mirum, ſi vberiori, quàm cæteræ ſtilo, videantur; nam cæteras peregrina, haſce verò hæbraica, ac vernacula lingua perſcripſit. Lucam deinde in græcum ſermonem tranſtuliſſe, Hieronymus eſt author.

Epiſt. ad hebr. an fuerit à Paulo perſcripta. dubitarunt nõnulli apud Euſeb. 3. hiſt. 3. Tertull. de pudic. cap. 20 tribuit Barnabæ. Vide D. Hierõ. de ſcript. Eccl. in Paulo, Clem Alex. apud Euſeb. 6. hiſt. & Cryſoſt. præf. in epiſt. Pauli, qui hoc anno Romæ, dùm in vinculis eſſet, datam eſſe docet.

Anno XXVIII. qui LXI. à Chriſti ortu fuit, C. Viſpanio, & Fonteio Capitone Coſſ. cùm diluiſſet Paulus obiecta crimina, obtinuit, vt liber dimitteretur. Vrbem egreſſus, ad Philippenſes veteres amicos, vt per literas promiſerat, redit. Lucam in eo itinere comi-

Paulus Vrbe excedit, reditque in Orientem; mox Hiſpan. ac cæteras terrarũ partes peragrat.

comitem habuit. Poſt quàm eò ventum eſt, cæteras terrarum partes peregrinandi conſiliũ ineunt. Diſpartitis inter ſe prouincijs, Lucas in Illyricum, tùm & in Gallias penetrat; at Paulus Græcas vrbes perluſtrat; ea deinde Galliæ parte, quæ mari alluitur, & hodie Narbonenſis dicitur, peragrata, in Hiſpanias contendiſſe, Hipolitum, Cirillum, Hieronymum, alioſque celebres habeo authores. In Hiſpanijs Xantippem, & Poliſenam nobilitate generis præclaras, Diuina Euangelij incendiſſe luce traditione accepimus, & martyrologia teſtantur: ſed quo anno id actum ſit, non tradunt authores, nec in re tam antiqua, interpretatio eſt facilis; nam ſeptem fermè annos, donec in vrbem regrederetur, per varias Terrarum partes peregrinatio Paulum detinuit.

Lucas Græciã, Illyricum, Galliam perluſtrat ex Epiph. hæreſ. 51.

Paulus in Hiſp. pergit. ex Hippol. de 72. diſcipulis, Cirillo Catech. 18. Hieron. in Iſaiam cap. 11. Idque ſe præſtiturum diù ante Paulus ſignificarat, ſcribens ad Roman. cap. 15. Tùm verò id præſtare non potuit, & ita intelligen. id quod obſtare videtur, ex Gelaſ. PP. inc. Beatus 22. q. 11.

Anno xxix. à Chriſti ad Cælos adſcenſu, ab ortu vero Lxii. Nerone Auguſto quartùm, & Cornelio Coſſ. Iacobi Hieroſolymitani Epiſcopi, inſigni martyrio mors contigit. Nec abs re fuerit Ioſephi, qui ea tempeſtate floruit, teſtimonium hoc loco referre. Is ſcribit, *Ananum iuuenem ferocis ingenij ab Agrippa Rege ad Pontificatus apicem euectum, necem ſtatim Iacobo molitum:*

Xantippe, & Poliſena, de quibus martyr. græcorum ad diem 25. Sept. Iacobi Hieroſ. Epiſc. mor. ex Ioſeph. lib. 20. antiq. cap. 8.

nam mortuo Portio Feſto, Prouinciæ Præſide, dum Albinus Præſes deſignatus, in itinere ſe detinet, tempus oportunum ſe nactum ratus, conſilium Iudicum aduocat, eò Iacobum deductum, veluti impietatis reum lapidandum tradidiſſe. Quod factum omnibus in ea Ciuitate bonis, & legum ſtudioſis vehementer diſplicuit; miſſiſque ad Regem clàm nuncijs, rogauerunt vt mandarent Anano, ne quid tale poſt hac ageret, nam ne nunc quidem rectè egiſſe.

Hæc Ioſephus, quæ ijſdem Authoris verbis, vt hominis diuerſæ religionis, & fidei teſtimonio, contra ius irrogata Iacobo mors appareat, referre volui. Fuit Iacobus, Chriſti ſobrinus frater, ex Maria Cleophæ genitus, & vt ex Egeſippo proximo illis temporibus ſcriptore, D. Hieron. refert, viginti circiter nouem annos, in Hieroſolymitana regenda Eccleſia, adeò ſpectatæ virtutis fuit, vt non ſolum apud fideles vehementer carus, ſed apud vniuerſam gentem, ſumma veneratione haberetur; vt propterea intima, ac penè abdita Templi pars, quæ ſancta ſanctorum apud Hebræos dicitur, ad quam ſoli Pontifici ſummo, & ſemel in anno patebat aditus, Iacobo non intercluderetur.

Ex Egeſippo 2. hiſtor. 22. D. Hieron. de ſcrip. Eccleſ. in Iacobo.

retur. Extant Iacobi literæ, ad duodecim Tribus perſcriptæ. Eas nonnulli apud Euſebium à Iacobo emanaſſe in dubium reuocarunt: antiquitùs tamen Eccleſiam recepiſſe, Tertullianus, Euſebius, Hieronymus, alijque graues authores teſtantur. Irrepſerat tùm Simone mago authore, error, nuda fide mortales Deo gratos reddi. Nec defuere noſtra ætate nouatores, inertiæ, ac deſidiæ blandientes, qui idem figmentum, à primo hæreſum magiſtro, ac authore mutuati, propagarent. Ad ea refellenda, multa & ſapienter Iacobus perſcribens, fidem ſine operibus pro mortua habendam eſſe conuincit. Nec pugnantia loquitur D. Paulus, dùm ad Romanos ſcribens, ita fidem extollit, vt ea ſola quoſcumque iuſti fuere, iuſtitiam conſequutos innuere videatur; nam, vt Auguſtinus, præclarum Eccleſiæ ſydus, alijque celebres Patres interpretantur; Apoſtolus de ea loquitur fide, quæ charitati iuncta, per dilectionem operatur.

Tertull. aduerſ. Iudæos cap. 11 Euſeb. 2. hiſt. 22. Hieron. de ſcrip. Eccleſ. in Iacob.

De præſtantia fidei Iacobus, & Paulus conciliantur. ex D. Auguſtin. in in lib. de fid. & oper. & in pſal. 35.

Nec ea modò Iacobus, ſed extremæ vnctionis ritum, normamque tradens, quam in Sacramentum ſemper Eccleſia recepit, coluitq. ægrotantium animos aduerſus extrema diſcrimina firmatos voluit.

Extremæ vnctionis Sacramentum.

Digitized by Google

Anno xxx. qui qui LXIII. à Chriſti ortu fuit, C. Ceronius Petus, & Petronius Turpilianus conſulatũ ineunt. Eo anno Marcus Alexand. Eccleſiæ Præſul, pro fide dimicans cadit. Nonnulli, non ferro, ſed ſenio confectum interijſſe cenſent. At plures, & meliores tradidere authores, Marcum dum ſacrificium obiret, ab Idolorum cultoribus conſpiratione facta, iniecto in collum laqueo, ſpiritum, vitamque intercluſiſſe. Summo fidelium mærore celebratum funus. Corpuſq. conditum ibi manſit; donec Sarraceni, Alexandriam inuaderent. Tùm Veneti negotiatores, ab hoſtium iniurijs, ſacras vindicantes cineres, Venetias intulère. Acceperat ea gens à Marco, vt ſupra memoraui, prima religionis initia. æquum erat, vt quem in Terris vitæ magiſtrum habuerant; in corpore exolutum in Cælis degentem, ſacro, eoque certo cinerum pignore, patronum ac tutelarem haberent. Pio cultu, ſummis honoribus anno ſalutis octinctenteſimo vigeſimo, Iuſtinianus Dux, plebs iuxtà, ac proceres, eas accepère. Dicatis aris, Templiſque ſicuti Euangelicæ lucis initia, ita Terra marique ampliſſimi Imperij propagationem, Marci patrocinio, ac tute-

la,

D. Marci Euãg. obitum hoc anno contigiſſe ex D. Hier. de ſcrip. Eccl.

De eiuſdem martyrio, habes apud Niceph. lib. 2. hiſt. 43. & Gelaſ. PP. in decreto de lib. authen.

D. Marci cineres transferuntur Alexandria Venetias. anno ſalutis 820. ſub Leone Imp. & Iuſtin. Venet. Duce. ex codice Vatican. de quo teſtatur Baron. ad anno Dom. 820. in annalib.

Digitized by Google

la, accepta profitentur. vetuſque ibi traditio eſt, Euangelium Marci manu conſcriptum, ea in vrbe extare.

Anno xxxi. à Chriſti ad Cælos adſcenſu, ab ortu vero Lxiv. Mario Celſo, & L. Aſinio Gallo Coſſ. Imminens Hieroſolymitanæ vrbi excidium, varijs portentis indicari cæptum. Ea oportuniùs cum famoſæ vrbis excidio, memorabo.

Anno xxxii. qui Lxv. à Chriſti ortu fuit, C. Lixanio, & M. Licinio Coſſ. Non in vnum, aut alterum vt Alexandriæ, vt Hieroſolymis, ſed in vniuerſum penè Chriſtianum nomen, Romæ ſæuiri cæptum. Immane facinus dolo Neronis erupit. Ex incendio, quod ſex fermè dies peruagatum, domos, Inſulas, Templa, magnam vrbis partem, ſolo tenus diſiecit, ac penè abſumpſit, occaſio capta. Credebatur, clàm à Nerone iuſſum: namque vt erat ille incredibilium cupitor; offenſus deformitate veterum ædificiorum, anguſtijs, flexuriſque vicorum, vrbis nouæ condendæ, ac cognomento ſuo appellandæ gloriam quærebat. Eo incendio, cunctis inuiſus, abolendo rumori, Chriſti cultores, quos religionis cauſſa inuiſos eſſe ſciebat, ſubdidit incendij reos,

Neronis in Eccleſ. perſequutio.

ſuique odium in eos auertens, exquiſitiſſimis affecit pœnis. Tradit Tacitus Ethnicus ſcriptor, addita ea pereuntibus ludibria, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut Crucibus affixi, aut flammandi; atque vbi defeciſſet dies, in vſum nocturni luminis vrerentur. Ita à crimine immunes, pro noxijs pœnas luère; at momentaneo cruciatu, perennis parabatur eis gloria, noxijs perpetuum ſupplicium.

Tacit. lib. 15. annal.

Anno XXXIII. qui LXVI. à Chriſti ortu fuit, Appio Iunio, & P. Silio Coſſ. Non vrbis ſpacijs Neronis facinus ſe continet. per omnes prouincias promulgato Edicto, Chriſtianum nomen aboleri mandaſſe tradit Seuerus. Immane Principis Imperium, vndiq. Eccleſiam deuaſtaturum erat, ni Petrus, Pauluſque Chriſtiani nominis præclari Duces, è diuerſis Terrarum partibus, Romam conuolantes, intrepido, conſtantique animo ſeſe Cæſari obieciſſent. XXXIV. à Chriſti ad Cælos adſcenſu, ab ortu vero LXVII. cum Romam peruenere, voluebatur annus; Siluius Nerua, & Atticus Veſtinus Coſſ. erant. Illos non Cæſaris minæ, non mortis terrores, non recens immanium ſupplicio-rum exemplum, quin paſſim per vrbem Chri-

Neronis edictum contra Chriſti cultores. ex Seuero lib. 2. hiſt. & Plinio lib. 4. cap. 40.

Petri, Paulique in vrbem reditus.

Ex Lactantio lib. 4. cap. 21. vbi refert prædicationis fragmentum.

Christi cultores in incepto confirmarent, Euangelij lucem propagarent, perpellere vnquam potuère. Fixum, firmumque habebant, non tam sæuitiam Principis, quæ sanguine gliscebat flectere, quàm constantia mortis, fidelium animos firmare, exemplo metum amouère. Angebatur, non flectebatur eo inuicto animi robore semel imbutus scelere Neronis animus: Apostolos neci destinat, in carcerem tradi iubet. Simon quoque magus pronum in omnem sæuitiam Principis animum irritat; peculiari & ipse in Petrum offensus ira. Simon magicis præpollens artibus, maximè sibi Cæsarem, qui earum se oblectabat studio, deuinxerat: nam admiranda edebat prodigia, adeò vt sublimè elatus, per aerem vt Suetonius gentilis author scribit, volitaret. Constituta die, ad spectaculum Nero intentus, sublimis veluti pennis elatus, Cælum petebat, perfeciſſetque incolumis opus, ni Petro diuinitùs data potestas, obex, ac impedimentum fuiſſet; nam fusis à Petro ad Deum precibus, subito lapsu Simon ruit, Principisque atrium cruore respergit. Tradidere id D. Clemens, qui ea tempestate floruit, alijque celebres scriptores. Suetonius

Nero magicæ artis studiosus ex Plin lib. 30. cap. 11.

Simonis magi volatus & lapsus. ex D. Clé. PP. lib. 6. Cōst. & Sueton. in Ner. cap. 12.

nius etiam ethnicus ſcriptor, hiſce planè verbis indicat. *Icarus primo ſtatim conatu iuxtà Cæſaris cubiculum decidit, ipſumque cruore reſperſit:* nam Icari nomine, quia non diſſimilis à fabuloſo Icari volatu, lapſuque fuit, haud inſulsè appellatum voluit.

Nero in Achaiam proficiſcitur. ex Sueton.

Peroportuna Neronis in Achaiam profectio, vt ibi Iſtmum quinque milliarium ſpacio, Aegeum mare à Ionio diuidentem, perfoderet, Apoſtolorum diſtulit necem. Nec interim quamuis vinculis alligati, id ipſum cuius cauſſa vincula erant, peragere inſtituère; prædicando, edocendo, quadraginta ſeptem viros, qui cum eis carcere detinebantur, mox eos ipſos quorum cuſtodiæ traditi erant, Martianum, ac Proceſſum, Euangelij imbuiſſe luce accepimus. Eorum naſcentem fidem, inſigne ſtatim obortum miraculum, mirum in modum firmat, augetque. Dum diuina incenſi luce, baptiſmum expoſcunt, quia aqua, qua ſacris initiarentur, præſens non erat, ſubito perenni fontem aqua, è ſacro, quod in medio carceris erat, erupiſſe, Romana martyrologia teſtantur.

Idq. in cauſſa fuit, vt tam diù nouem ſcilicet menſes, Apoſt. carcere detinerentur. ex Beda in martyrolog. Rom. ad diem 14. Martij.

Ex Rom. Mart. ad diem 14. Martij.

D. Petrus carcere detentus ſecundam ad Hebræos ſcribit epiſt. tradit Bar. poſt alios ad annum Domini 68. primã etiam, quæ inſcribitur, electis aduenis diſperſionis ad Hebr. Ponti, & Galaciæ fuiſſe perſcriptã, tradit Euſeb. 3. hiſt. 1. D. Ath. in Synopſi, & alij quoque ſequitur Baron. ad ann. 45.

Nec modò preſentes prædicatione illuſtrat, ſed longè diſſitos fideles, literis in-

incepto-

incepto Petrus confirmat; nam hoc eodem anno, ad Hebræos ſecundam perſcribit epiſtolam. Ea tùm alia præclarè, tùm præcipuè inſtantem ſibi mortem, hiſce planè verbis (*Certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei*) præ nunciat. Erat carcer, qui Mamertinus dicebatur, ad radices collis Capitolini ſitus, aditurque hodie ob inſignem miraculi memoriam, pio à fidelibus cultu.

Anno xxxv. qui Lxix. à Chriſti ortu fuit L. Fonteio Capitone, & C. Iulio Rufo Coſſ. aduentantem Principem celebri pompa vrbs excepit. Idem annus iniquam, trucemque, ſed glorioſam Apoſtolis mortem attulit. Dum ſupplicio deſtinata dies inſtaret, fideles ad carcetem decurrentes, multis cum lacrymis ad Petri pedes ſe proijciunt; enixè orant, vt qui toties Hieroſolymis, pro Chriſto alligatus diuinitùs ſibi data vi, ne fortè immaturo exitio orbatam Eccleſiam relinqueret, ſe è vinculis exemerit, nunc quoque tam neceſſario tempore, dùm certiſſimum imminet exitiũ dum eo extincto, atrocibus immanis Principis terroribus, facilè fidelium flecti poſſent animi, idẽ moliri velit: proinde, quoniã Diuino datum

tum munere, in eis, quorum cuſtodia detinetur, opem ſit inuenturus; procul abeundo, ſibi Eccleſiæque oportuna fuga conſuleret. Hæ preces lacrymis mixtæ, ad mortem firmum, flexere virum. Proxima nocte, cuſtodientium militum auxilio, è carcere elapſus, dùm vrbis menia egreditur, diuino monitu longe aliud conſilium reuocat in animũ. Viſus eſt, vt apud Egeſippum antiquum ſcriptorem inuenio, Chriſtus veluti è Cælo repente delapſus, ſibi obuiam fieri. Petrus obſtupefactus, ac propè attonitus hæret: mox venerabundus, quò nam pergeret ſciſcitatus; hæc ſibi viſum audire (*Romam iterum crucifigi*) Tùm demùm non occulta fuga, ſed fortiter ſubeundo diſcrimina, Eccleſiæ conſulendum intelligens, tanta animi contentione, ad vincula, ad imminentem necem, quanta cæteri mortales, ea declinant regreditur. Momentaneis pœnis, perenne gaudium parari; tùm maximè cum corpore coruptioni obnoxio in deteriora ſemper vergẽte, exolutus foret, animum vegetioremvita fruiturum, ſatis tutus erat. Inde non modò fortiter, ſed & alacriter ad ſuprema ſe accingit. Poſtero die, mæſto tubæ ſonitu, patefactis carceris foribus,

Petro è carcere aufugienti, Chriſtus occurrit, ex Egeſippo de excid. Hier. lib. 3. cap. 11. Acta etiã Lini.

bus, mors edicitur. Vnà cum Paulo ad deſtinata ducitur: diuerſis in locis, diuerſo mortis genere, pari gloria, vterque immolandus erat. Vbi ad portam Oſtienſem peruenère, diſiungi iuſſi, qui mox in Cælis perpetuo amoris, ac beatitudinis conſortio iungendi erant; mutuis amplexibus, mutuo oſculo recedunt. Eo inceſſu, eo habitu oris, Paulum ad aquas Saluias, tertio ab vrbe lapide, Petrum ad Vaticanum collem, duci cerneres, vt non tàm ad mortẽ trudi, quàm ad Cælum rapi crederes. Fama eſt, Paulum via tergemina incedentem, nobilem mulierem, Leomodiã nomine, obuiam ſe ei dediſſe, tùm ille Diuina reſerandi arcana occaſionem aucupans, velum, quo caput obnuberet, oculoſque obtegeret, dum minacem, & in mortem irrupturum expectaret gladium, expoſcit. Quod oculis velamen, cæcæ è mentis acie caliginis leuamen futurum erat. mulier decerptum è capite velum dùm porrigit, Paulus Diuina detegit. Ita à mox morituro, perennis vitæ ſemina, eò admirabiliùs indita, quò minùs expectata occaſio fuit. Nobile mulieris exemplum, tres ex lictoribus, Longinum, Areſtum, atque Megiſtum ſequutos, Romanum martyrologium

gium tradit. Alij Plautillam, quæ diù ante ad Petri prædicationem, fidei arcanis imbuta erat, velum porrexiſſe ſcribunt. Vbi ad deſtinatum ſupplicij locum ventum eſt, Paulus ad lapideam columnam alligatus, minacem, & in mortem irrupturum expectans gladium, in hanc fermè ſententiam alloquutus creditur.

Pauli ſuprema verba.

Illud vobis, firmum, fixumque ſit, Quirites, nullas vnquam Cæſaris, vel mortalium vires, aduerſus Eccleſiam præualituras; non gladium, non ignem, non mortem, tantam in ſe vim habere, vt Chriſti milites, à Chriſti vexillo ſeiungat; nil tam atrox, tàm immane, tam ſæuum reperiri poſſe, quod ab incepto eos reuocet. neque etenim mortem viuendi finem, ſed perennis cum Cæleſtibus vitæ, initium ducunt; viuere eis Chriſtus eſt, mori verò lucrum. Hinc longa poſt me ſequetur ſeries, qui profuſis largiter ſanguinis venis, huiuſce quam vobis nuncio veritatis teſtimonium ex hoc ipſo loco certatim dabunt. Quò magis Euangelij lucem extinguere conati fueritis, eò maiori augeri ſplendore, vobiſque tandem, ò Romani, ſerenò illuceſcere ſentietis.

Hæc, vel eodem pertinentia, cùm dixiſſet,

ſet,caput præciditur. Caput abſciſſum ter corruit, ter proſilijt; ad triplicem capitis ſaltum, triplicem perenni fontem aqua erupiſſe, fama potiùs, quàm certis authoribus accepimus. Prior fons, lactis propè dulcedine,fortè quia lac ſanguini mixtus,vt Ambroſius, Chryſoſtomus alijque pij authores indicant,è truncato capite effluxerit; cæteri quamuis modico diſſiti iteruallo, diſpari ſapore hodie quoque promanant. Percuſſor tanta re obſtupefactus,ſacrilegum crimen agnoſcens, Euangelicæ lucis amore exardeſcit. Nec in eum, cæteroſque memoratos lictores, ira Neronis abſtinuit: varijs ſupplicijs interfectos fuiſſe, ex Romano martyrologio accepimus. Pauli corpus à Lucina Senatoria femina, eadem via tergemina, ſolemni tumulo in proprio prædio conditur. Tradidere nonnulli Paulum proxima nocte, ſumma præfulgentem luce, è Cælo delapſum, media quiete Leomodiæ, ſeu vt alij ſcribunt,Plautillæ, ſe ſe obtuliſſe, acceptumq. ab ea velum cruore coruſcantem, dum redderet, mærentem animum ſolatum.

Triplex fons ad triplicē capitis ſaltum, fama potiùs,quā certis authoribusad nosperuenit.

Ex D.Ambroſ. ſer.58.D.Cryſ. in homil. de Princ. Apoſt.

De hoc Pauli velo mentio habetur, apud D. Greg. PP. lib.3.Regeiſt.

Pauli effigies ex Niceph.lib. 2.cap.37.& ex Luciano gentili authore, in Philep.

Sexageſimo octauo ætatis anno, obijt Paulus; & vt Nicephorus ex antiquioribus refert,

refert, fuit vultu venuſto, viuidis oculis, naſo oblongo, ac pulcrè inflexo, ſtatura exigua, capite paruo, eoque caluo, barba inculta, ac prolixa in eo conſpiciebatur; magiſque auditu, quàm viſu auguſtus, ac venerabilis erat; vt non absre de ſe ipſo, ijs, qui fama eum, ac per epiſtolas nouerant, ſcriptum reliquerit, literas potentes, præſentiam autem corporis infirmam videri. nec inſulsè Cryſoſtomus hùc alluſit, dum ſtatura tricubitali, Cælum eum attigiſſe ſcribit.

D. Cryſoſt. in hom. de Princ. Apoſt.

Dum ad aquas Saluias immolaretur, Petrus in ea Vaticani parte, quæ Pompeij theatro oppoſita, hodie mons Aureus dicitur, capite in terram verſo, pedibus in Cælum elatis, cruci affigitur. Corpus à Marcello presbytero, non igni crematum, vt Romanus mos, ſed odoribus, ac vnguentis delinitum, in alia Vaticani parte, propè viam triumphalem, vbi horti Neronis erant conditum fuiſſe, Hieronymum habeo authorem. Arator, Auguſtinus, alijque ſcriptores, non eadem die, eodem tamen anno; vtriuſque martyrium contigiſſe cenſent. Plures tamen, & antiquiores, quos refert, & ſequitur Euſebius, vna eademque XXIX.

Petri mors

Hieronym. de ſcrip. Eccleſ. in Petro.
Arator in Acta Apoſt. Aug. ſermon. 28. de ſanctis.
Euſeb. in cron. & poſt eum Hier. de ſcrip. Eccl. & Rom. martyrol.

Iunij

Iunij die, vtrumque fortiter tolerata nece, ad Cælum conuolaſſe conueniunt. Ad vtriuſque deinde tumulum Conſtantinus Cæſar, admirandæ magnitudinis Baſilicas Regia penè magnificentia erexit. Baſilica Paulo dicata, vt à primæua erectione Cæſarea munificentia conſtructa, ipſa antiquitate venerabilis, adhuc manet. Vaticanam ædem, temporum iniurijs propè collabentem, Iulius II. ingenio Michaelis Angeli Bonarotæ, architecti celeberrimi, ac pingendi, ſculpendique arte clariſſimi, in ampliorem, auguſtioremque formam redigere cæpit. Quod, & poſteriores Pontifices proſequuti, niſi à præſcripto tanti viri exemplo declinaſſent, opus haberemus, quod ſicuti mole, reique magnitudine, & vetera, & noſtræ ætatis ædificia antecellit; ita quoque & opificij ſtructura, longè anteiret. Sixtus V. à Montalto, admirandæ molis teſtudinem, nuper verò Paulus V. Burgheſius, tùm alia, tùm Templi aſpectum addendo, ſupra centeſimum annum operi, ſummis opibus, haud pari exitu, longè etenim à primæuo Architecti præſcripto, ſupremum lapidem tandem impoſuit.

Petrus fuiſſe fertur, ſtatura excelſa, colore

Petri effigies ex Niceph. lib. 11. cap. 37.

lore candido, capillo criſpo, nigris oculis, ſed ob crebras lacrymas ruborem contraxerant; incedebatque vt Beba ſcribit, in memoriam ſpineæ coronæ, qua Chriſtus cruce immolandus, præcinctus fuerat, in eam formam attonſo capite, vt coronam referre, ac repræſentare videretur. Alij à fidei hoſtibus in contumeliam ita attonſum retulere. Licet poſteri, ludibrium in decus vertentes, ea tonſura, Pontifices, ſacerdoteſque decoratos voluerint. Petrus, victu ſimplici, nullis mollito delicijs vtebatur. nam vt Gregorius Nazianzenus celebris author ſcribit, lupinis minuto aſſe veneuntibus, famem pellebat. Vxorem habuit ante Apoſtolatum, ex qua Petronillã genuit. vxor martyrij corona decorata eſt. Petronilla virginitate ſe ſuperis deuouerat: ob eximiam tamen corporis formam, cùm à Flacco comite ad nuptias ſollicitaretur, oportuna morte ad Cæleſtem ſponſum properando, ab importunis moleſtijs eximitur. Eam, Petri filiam fuiſſe nonnulli ambigunt, voluntque eo nomine, eadem ex cauſſa, qua Marcum appellatam, quia ſcilicet, ad Cæleſtem vitam, Euangelij luce regenerarit. alioquin, inquiunt, ſi eam, ſanguinis propagatione

Corona in clericos, è Petri more emanauit. ex Beda lib. 10. de Anglor. geſtis.

Ex D. Greg. Naz. orat de amore paup.

Petri vxor. de qua meminit Clem. Alex. lib. 7. ſtrom.

Petronilla Petri filia ex martyr. Romano ad diem 31. Maij. & Marcelli presb.

Digitized by Google

gatione genuiſſet. profectò ante Apoſtolatum, ac proinde, nil erat, cur feminæ prouectæ ætatis, 40. excedentis annum, Flaccus comes, amore incenderetur. Quaſi verò, non potuerit, diù ante, ad primum Petri in vrbem aduentum, qui XXIV. ante annum ſub Claudio Imperatore contigit, florente puellæ ætate, pulchritudine capi. Eccleſiam verò, ſtrenua Apoſtolorum virtute per vniuerſum terrarum orbem mirum in modum propagatam, rexit Petrus XXXIV. fermè annos, menſes quinque, dies vndecim, ex quibus Hieroſolymis annos tres, Antiochiæ ſeptem, reliquo penè tempore Romæ, vnde ad Cœlum nunquam peritura euolauit gloria, cathedram, ſedemq. tenuit.

Libri Primi Finis.

HORATII SCOGLII CATACENSIS A PRIMORDIO ECCLESIAE Historiarum

LIBER SECVNDVS.

Epitome Libri Secundi.

QVAE à D. Petri Apostolorum Principis obitu, ad annum vsque centesimum quinquagesimum, in Ecclesia contigère; Romanorum Pontificum instituta, quæue in Ecclesiam prospera, vel aduersa Imperatores gesserint, secundo libro enarrantur. Clemens Petri concessione, fideliumque acclamatione, Ecclesiæ gubernacula suscipiens, aduersus Neronem in Ecclesiam sæuientem se opponit; post eum

eum Anacletus Eccleſiam regit: Sacella, araſque ad Petri, Paulique tumulos erigit. Euariſtus ſuccedit, qui poſt quam inuicto animi robore, Domitiani Cæſaris euiciſſet furorem, vrbem in ſeptem regiones diuiſam, ſeptem rerum geſtarum gloria clarioribus viris, regendam tradidit. Ijdem deinde ſub Silueſtro Papa in Romano Concilio presbyteri Cardinales appellati. Alexandro deinde Cæſare Eccleſiam inſectante, Alexander Pontifex denunciatur. Hic inter Miſſarum ſolemnia, non merum, ſed vinum aqua permixtum ſacrari, offerrique voluit. Ad fugandos verò impuros ſpiritus, primus omniū, vt aqua ſale conſperſa, variiſq. deprecationibus ſanctificata, in Templis atque cubiculis retineretur, inſtituit. Tandem pro fide interemptus cadit. Sixtus ſubrogatus, non abſimili mortis genere, pari gloria ſub eodem Principe decidit. At ſub Teleſphoro Papa, ab hoſtili ferro quies; hæreſum diſſenſionibus, plurimùm Eccleſia turbatur. Valentini, Montani, Marcionis hæreſes exurgunt; ad quas eliminandas, Polycarpus, Iuſtinus, Ireneus, & conſtanti prædicatione, & varijs editis libris ſe opponunt. Teleſphorus natalem Chriſti diem, triplici ſacrificio celebrari,

quadrageſimale etiam ieiunium antè Paſchatis feſtum præmitti voluit. Cum domi, foriſque tranquilla, pacataque eſſent omnia, Higinus ſuccedit; poſt Higinum Pius Eccleſiam regit. Tùm primùm in vrbe ſuperſtitionibus obnoxia, templa Chriſtiano ritu erigi cæpta: domus Pudentis Senatoris via patricia diuino dicatur cultui. Turbidæ deinde aduerſus Eccleſiam, non tam iubente, quàm non prohibente M. Antonio Imperatore exagitantur procellæ. In ea tempora Aniceſtus Pontifex incidit; Polycarpus, Iuſtinus, alijque clari viri pro fide dimicantes cadunt. Tandem ingenti exorto miraculo fidelium precibus, aduerſus Marcomannos, ac Sarmatas, Cæſar victoriam adeptus, in Chriſti gentem ſæuiri, Edicto prohibet. In eo tranquillo ſtatu, Sother prima Pontificatus ſpacia ingreditur; tùm deinde Eleutherius Petri tenet ſedem. Ad eum Lucius Britanniæ Rex, Euangelicæ lucis amore exardeſcens, Nuncios mittit oratum; vt viros ſanctitate claros in eas regiones delegaret: miſſi ad Regem Fugatius, ac Damianus, qui Angliæ Regnum cœleſtibus doctrinis, Chriſtique cultu imbuère. Proximè verò ſub Victore Papa, atrox diſſenſio inter Aſiæ Epiſcopos,

ac Romanam Ecclesiam, dùm qua potissimùm die, Paschæ festum celebrandum esset, haud satis conuenit, exoritur. Mox Seuerus Cæsar, ferro Christi gentem eliminare nititur. Insigne tùm Leonidis, eiusque filij Origenis, Irenei quoque Lugdunensis Episcopi, vnà cum vniuersa commissa sibi gente, pro Christo certamen fuit. Seuero extincto, ab armis quies, intestinis seditionibus, Tertullianus acri vir ingenio, Ecclesiam turbat, Zephirinum quoque Romanum Pontificem palàm editis libris, insectatur. Calixtus Zepherino succedit; sacellũ trans Tiberim in eo ipso loco, vbi olei fons, ad Christi Regis Natalem sponte eruperat, Deiparæ Virgini dedicat. Quatuor anni ætates, temporaque, peculiari ieiunio sacrosancta fecit. Nuptias quoque inter agnatos, affinesque interdicit. Vrbanum successorem habuit: clarus hic, dum Cæciliam nobilem Virginem, Euangelica incendit luce, clarior, dum sub Maximino Imperatore, pro fide occumbit. Pontianus quoque, & Anterus Pontifices, sub eodem Principe, pari mortis genere, pari gloria ad superos conuolant. In tam antipiti rerum statu, congruus Dux, aduersus tot, tantosque terrores, nec apparebat, nec quis-

quam in publicum prodire audebat; cùm ſubitò è Cælo demiſſa Columba, Fabianum ſtrenuum, & maturæ virtutis virum, Pontificem deſignat.

A PRIMORDIO ECCLESIAE

Hiſtoriarum

LIBER SECVNDVS.

IN tam turbido rerum ſtatu, æſtuante adhuc Neronis ira, non aliud remedium, ſubſidiumque afflictis rebus viſum, quàm eximium aliquem, præclarumque Ducem, tanto furori opponere, ac Petro ſubrogare. Is Clemens fuit, vir ex ſenatoria familia, & maturę virtutis, qui cum principem locum apud Cæſarem obtinere, remque publicam adminiſtrare poſſet, Euangelij incenſus

Clemens Petro in pontificia ſede ſubrogatur.

cenſus luce, cęteris omnibus poſthabitis, vel cum vitæ diſcrimine, aduerſus ipſum Cæſarem, rem Chriſtianam forti animo tuendam, fouendanque ſuſcipit. Eius præclara indoles, inuictumque animi robur, diù ante Petro perſpecta erant. Itaque Petrus, cùm mortis tempus ſibi inſtare intellexiſſet, è magna fidelium, quæ circumfuſa aderat frequentia, Clemente aduocato, eiuſque manu apprehenſa; in hanc fermè ſententiam, alloquutus traditur.

Quales, quantæque immineant Eccleſiæ hoſtiles procellæ, furoreſque, ex certiſſimo, quod mihi Pauloque imminet exitio, ex ipſius etiam Neronis natura diſce: ſed in ſummo rerum diſcrimine, ſummè forti, conſtantique opus eſt animo: certumque habeas. nullas mortales opes, vireſque, aduerſus Eccleſiam diuinitùs fundatam præualituras, ſanguine inter hoſtiles manus, Hieroſolymis eſt parta: ſanguine quoque inter Cæſarum minas, Romæ adoleſcet. Meminimus quàm præclarè per xv. fermè annorum ſpacium, in eadem propaganda, augendaque, tua enituerit virtus: perge, perfice Clemens inceptum; Chriſtianamque prolem, mox cùm è terris migrauero, in tuam tutelam

Petri ad Clementem ſuprema verba. ex epiſt. eiuſdem Clementis ad Iacob. Hieroſ. Epiſ.

ſuſcipe. Futurum eſt enim, vt tandem poſt diutinas, ſæuaſque procellas, ſerena illuceſcat dies, Chriſtique agnita luce, mortales omnes, ſub ſalubri Crucis vexillo, ſpem, fidemque collocent; quin ijſdem ipſis in locis, vbi fidelium graſſaturi ſunt ſanguine, mutato demum conſilio, Templa, araſque erigant, ibidemque ſupplices proiecti, noſtram implorent è Cœlis opem.

Petro igitur è terris ſublato, haud dubia res fuit, quin fideles omnes, vnanimi conſenſu, vnaque voce, Clementem in Patrem, parentemque depoſcerent.

Nero Eccleſiã vexat.

Interim Nero, omnes quotquot erant, ad necem, mortemque deſtinabat. Non Petri, non Pauli ſatiatus ſanguine, præcones per vrbem, ne quid circa Deorum cultum, religionemque immutaretur, dimitti iubet. Si quis fortè aliud agitet animo, Petri, Paulique necem, ſibi proponat ante oculos; nec minoribus ſupplicijs, in cæteros animaduerſum iri. Non hiſce terroribus, ab incepto retardantur fidelium animi: adeò Petri, Pauliq. incitati exemplo, fidem, ſpemque firmarant. Inſtructus paratuſque quiſque erat, quibuſlibet toleratis pœnis, ad immortalem gloriæ coronam, aditum

ſibi

ſibi patefacere. Igitur paſſim per vrbem, fidelium ſtrage innocens Dijs victima mactatur. Erat in Principis aula, nobilis iuuenis apprimè Principi carus, Torpetes nomine: hic nepharium caſum miſeratus, dum apud Cæſarem ſupplex, pro Chriſti gente verba facere aggreditur; ſtatim expertus eſt, inter ſemel contaminatas, pollutaſque ſcelere manus, parùm tutam probitatem, atque innocentiam eſſe: pari mortis genere, cum cætera multitudine interficitur. Memoratu dignum videtur, quòd dùm certiſſimum exitium Chriſtiani nominis fautoribus immineret, fæminæ muliebri dempto pauore, auſæ ſe inter micantes gladios, mucroneſque inferre, quæ clàm retinere non abſque mortis diſcrimine erat, apertè faterentur, ipſaque iacentia, detruncataque corpora, ſolemni funere, ſummis honoribus condere auderent; qua in re, Lucinæ, atque Perpetuæ mirum in modum enituit conſtantia, fides, pietas.

Torpetis pro fide certamen. ex martyrol. Rom. ſub die 17. Maij.

Lucinæ, atque Perpetuæ, inſigne pro fide certamen, dum martyrũ corpora condunt. ex Martyrol. Ro. ad diem 30. Iunij & 18. Auguſt.

In hac promiſcua fidelium cæde, Linum quoque LXVI. à Petri obitu die, occubuiſſe apud Damaſum, qui Pontificum geſta primus omnium conſcripſit, inuenio. Inde Clemens potiùs, an Linus, Petro in Pontificia ſucceſſe-

Clem. an. 1. poſt Petrum Pontifex. Pro affirmatiua ex recentioribus Onuphrius Pãuinius in addit. ad Plat. pro negatiua Baron. ad ann. Domini 69.

ſucceſſerit ſede, diù inter ſcriptores altercatum. Nonnulli non modò Linum, proximè poſt Petrum, Pontificem conſtituunt, ſed per XI. & ampliùs annorum ſpacium, Eccleſiam rexiſſe cenſent. Contrà alij; nec alia de cauſſa, Linum, & Cletum, vulgò antè Clementem, in Pontificum ſe rie collocatos; niſi quia, vrbe Roma, dum Petrus abſcederet, Lino, Cletoque Pontificia munera, ſuaſque vices demandarit; nam ex ipſius met Clementis ad Iacobum Apoſtolum, ac Hieroſolymitanum Epiſcopum literis, compertum haberi; Petrum cùm mortis tempus ſibi aduentare ſenſiſſet, Clementem in Pontificia ſede ſubrogaſſe; nec vnquam abieciſſe onus, à Ioanne PP. III. in epiſtolis ad Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, traditum voluère. Certè in turbidis Eccleſiæ rebus, tantum onus, ad quod ſuprema Petri decedentis voluntate deſtinatus erat, abijcere, nec par tanto viro, nec creditu eis facile. Hæc & ſimilia, & ſi momenti plurimum, plures tamen in priorem, quæ non minùs validis nititur coniecturis, abière ſententiam; Baronius præcipuè, qui latè pugnantia refellit.

Clemens Papa ſeptem eligit viros, qui Eccleſ. acta, & martyrum geſta conſcriberent. hi deinde protonotarij ſunt appellati.

Dum paulò ante memorata facinora;

pari

pari constantia à viris, mulieribusque gererentur; Clemens sollicitè circumspectans omnia, omnes ad altissima rerum initia, diuina propè ad dicendum vi eleuat. Vt verò tam illustria rerum gestarum exempla, stabili monumento ad posteros deuenirent, septem eligit viros, (nam in totidem regiones vrbem diuidi placuit) qui singula literis, scriptisque demandarent; hi deinde Protonotarij sunt appellati, manetque hodie in Romana Ecclesia, nomine potiùs, quàm re munus. Primum, vltimumque operum mortalium in Ecclesia regenda, Pontifici id fuisset, ni dùm maximè morti deposceretur, is qui cæteris mortem moliebatur, sibi tandem miserabile exitium inuenisset. Summo noctis silentio, Petri, Paulique obuersata specie, Nero adeò conterritus in actis Lini conscribitur, & Suetonius Ethnicus author, obscurè, suppresso Apostolorum nomine indicat, vt primò collapsus, confractusque animo, sine voce, & propè intermortuus iacuerit; mox per literas, nunciosque alium ab exercitibus Imperatorem acclamari certior fit; simul & à Prætoriano milite se destitutum videt; quæ adeò terrorem, pauoremque renouauère,

Neronis mors ex Actis Lini, & ex Suetonio cap. 42.

vt non

vt non niſi clandeſtina fuga, ſibi conſulendum cenſuerit: ſed rurſus tremore terræ,& fulgore aduerſo pauefactus, verens in coniuratorum manus incidere, tandem, ne vllum ſæuitiæ genus intentatum relinqueret, in ſeipſum ſæuiendo,extracto pugione, propria manu ſe confecit. Ita ille, qui per XIV. propè annos orbi imperarat, ſuoque arbitrio mortales vexarat potiùs, quàm rexerat, dignum moribus, factiſque ſuis, exitum vitæ inuenit.

Galba Imperator in Hiſpan. conſalutatur.

Interim domi à Ciue, foris à milite in Hiſpania Sergius Galba grandis natu(nam LXXIII. ætatis annum agebat) Imperator acclamatur. Sed mox in Imperij primordio, ea regnandi cupidine ſtimulante, quæ tranſuerſos contra ius, faſque, multos mortales agit, ab Othone qui & donando, & ingentia pollicendo, militum animos ab auaro ſene diuerterat, & ſibi deuinxerat, interficitur. Vidit ea tempeſtate, Romana vrbs anni vnius ferè ſpacio,quatuor Principes ferro interemptos; nam ipſe quoque Otho poſt tertium menſem à Germanicis Legionibus, Vitellio authore opprimitur; nec multò poſt, non abſimili vi, qua ipſe ab Othone eripuerat,eidem à Veſpaſiano,præmiſſis

Nero, Galba, Otho, Vitellius, intra anni vnius ferè ſpacium ferro interempti.

missis ab Oriente, vbi bellum aduersus Iudæos gerebat copijs, ereptũ est Imperium. Dum Principes inter se ferro sæuiunt, in Ecclesia quies.

Vespasianus Vitellij sequuta cæde, miro omnium gentium consensu, haud dubius Imperator consalutatur: nec cunctatus, Ieroſolyma profectus, Titum filium, vt quod reliquum in Iudæa erat belli absolueret, præficit; Romamque caput rerum, tanta celeritate, quanta animi propensione ad Imperium anhelabat, contendit. Titus moram magis, quàm bellum metuens, haud procul Ieroſolymis in Oliueto monte Castra ponit, instructasque Legiones ostentat. Tùm ætas, viresque, tùm domestica Patris gloria, & mirus militum amor, iuuenis stimulabant animum. Sed antequàm famosæ vrbis, cuius in sacris Oraculis frequens mentio; & vbi Ecclesia accepit à Christo exordia, suprema tradam; operæ pretium erit, primordia aperire, vniuersæque regionis situm, pauc-s exponere. Ita etenim pleraque, quæ ad Ecclesiæ statum apprimè spectant, magis aperta, & illustria fient.

Ieroſolyma à Tito Vespasiano obsessa, & capta. ex Tacit. & Iosepho de bello Iudaico.

Iudæa Asiæ pars est, ab ortu solis Arabia, ab occasu Phœnicia, & mari terminatur;

Iudeæ descriptio.

Aegyptum

Aegyptum à meridie, à ſeptentrione Syriam proſpectat. Ager frugum fertilis, bonus pecori, arboribus noſtrum ad morem fæcundus, præterque eas, balſamum, & palmæ. Balſami arbores, formam ſimilem pineis arboribus habent, niſi quòd ſunt humiles magis, & in vinearum morem excoluntur. Hæ certo anni tempore, humorem, qui in vſu medentium eſt, ſudant. Vbi rami humore intumuere, ſi vim ferri adhibeas, pauent venæ, fragmine lapidis, aut teſta aperiuntur. Genus hominum ſalubri corpore, patiens laborum. Rarò ibi è cœlo imbres, Iordanis amnis terrã irrigat, nec Iordanis pelago accipitur, ſed è monte Libano excurrens, diuerſiſque ex amnibus, Iord, atque Dan, à quibus & nomen accipit, in vnum coaleſcens, vnum, atque alterum lacum integer perfluit; tertio retinetur. Lacus immenſo ambitu ſpecie maris diffunditur; primus, & medius piſces, ſuetaſq. aquis volucres alit; tertius ſapore corruptior grauitate odoris accolis peſtifer, animantia non patitur: certo anni tempore bitumen egerit. Propter magnitudinem, & aquæ immobilitatem, mare mortuum appellatur; nullis enim ventis mouetur, reſiſtente turbinibus

binibus bitumine, quo aqua omnis ſtagnatur. Mirum, quòd ibi periti, imperitique nandi, iuxtà attollantur; nec ſuperiacta mergi queant. Proximos campos olim vberes, magniſque vrbibus habitatos, igne de cœlo tactos arſiſſe, vimque frugiferam amiſiſſe accepimus; nam cuncta ſiue herba tenus, aut flore, ſiue ſolitam in ſpeciem adoleuere, atra, & inania velut in cinerem vaneſcunt; manentque conflagratarum vrbium veſtigia. Ea cùm miraculo ob iuſtam Numinis iram, in gentem præter naturæ vſum venerem interuertentem, ſacræ adſcribant literæ; Tacitus alijque Ethnici ſcriptores, ad naturæ vim referunt, fulminis ictu vrbes tactas, mox grauitate odoris ex proximo lacu noxios edente vapores, nec homines terris ali, nec fœtus iuſtum ad modem adoleſcere. Iudaico mari, Belus amnis illabitur, circa cuius os coniectæ arenæ, in vitrum excoquuntur; modicum id littus, ſed egerentibus inexhauſtum. Ex lib. Geneſis

Hæc de Regionis ſitu. nec abſonum erit pauca de cultoribus ſubdere, multa etenim quæ ex ſacris literarum monumentis accepimus, apertiora, magiſque illuſtria erunt. Primus mortaliũ Chanaam, Noe ex Cham filio

filio nepos, mox Abrahã ex Chaldęa aduẽniens, eas tenuere, ac multiplici prole repleuere terras; Iſaac poſt Abraham patrem ibidem regnat. Poſt Iſaac, Iacob, qui & Iſrael dicitur. ſed Iſraelem, felix duodecim filiorum prouentus, clarum, inclytumque fecit. Itaque populum in duodecim regna diuiſum, filijs tradidit. Caritas deinde annonæ, & longa per ſeptem fermè annorum ſpacium frugum inopia, cùm mutare ſedes coegiſſet; nullum aliud propius perfugium, Abrahæ poſteris, quàm Aegyptus fuit. Ibi quia Ioſeph Abrahæ pronepos, iuuenis altæ indolis, & ob præclara animi, corporiſque decora, ſummam apud Regem gratiam adeptus, morabatur, benignè hoſpitaliterque habiti; datuſque ager, & oppidum ad incolendum. Poſt aliquot annos, ingẽti incremento aduenarum rebus auctis, timor, ne fortè multitudine, & robore freti, Regnum inuaderent, Regem inceſſit. Itaque aduerſus creſcentem in dies multitudinem, nullum aliud remedium, quàm ſeruilibus operibus afflictatos detinere, natoſque virilis ſtirpis protinùs necare viſum. Tam crudele indignumque facinus, adeò ſuperùm concitaſſe iras ſcribitur, vt

Ex lib. Exodi.

exorta

exorta per Aegyptum tabe, cùm Aegyptionum mirum in modum corpora fædarentur, aduenarum tamen inuiolata ſeruabantur. Tot malorum experimento Aegyptij tandem edocti, leniùs, mitiùſq. cum peregrina gente, agere inſtituunt; traditoque auro, & argento, liberos cum vniuerſis fortunis, armentis, atque pecoribus, in patrias, auitaſq. terras dimittunt. Sexcenta millia virorum, qui arma ferre poſſent, ex Aegypto, vbi triginta ſupra quadringentos annos incolæ fuerant, & quò non plus quàm ſeptuagintá hominum ingreſſi erant, ſimul egrediuntur. Cùm tot hominum, iumentorumque cum liberis, atque coniugibus, per vaſtas Arabiæ ſolitudines, incederet agmen, vnum Moyſen totius gentis Ducem, cæleſti monitum voce, montis culmen (Synai nomen monti inditum) conſcendiſſe, cæteram multitudinem ingentibus repentè terroribus, atque fulgoribus exortis pauefactam, ad radices montis conſtitiſſe, traditur. Ibi Moyſes, denſa nubium caligine coopertus, poſt quàm Diuinas leges, rituſque, quibus commiſſam ſibi gentem regeret accepiſſet, pergit in patrias, auitaſque terras. multiſque perpeſſis bellis, tandē optatas ſedes pulſis

Ex lib. Regum. cultoribus tenuere. Iamque cum in magnæ gloria, opibuſque Regnum eſſet; Templum immenſæ opulentiæ, & in modum arcis à Salomone Rege, Hieroſolymis, quæ vrbs totius Regni eſt caput, conditum; ibique lapideæ duæ tabulæ, quas Moyſes, diuinis legibus, ritibuſque inſculptas, à Deo in monte acceperat, ſolemni cultu repoſitæ. Et donec iuxtà tradita inſtituta, ſibi, ſuæq. Reipublicæ conſuluère, haud facilè dictu eſt, quanta gloria, opibuſque floruerint. Sed paulatim hebeſcente virtute, dilabente diſciplina, vbi pro religione ſuperſtitionem, pro iuſtitia auaritiam, quiſque imbuerat, Numinis concitata ira, à finitimis regionibus, ſæpe ſeruitutem, vrbium excidia, agrorum deſolationes, fratrum, coniugum, parentum neces perpeſſi. Tandem placatis cæleſtibus iris, mutataque rerum humanarum conditione, in antiquam opulentiam redierant, cùm Cn. Pompeius ſub Romana ditione ſubegit; mox Regnum Herodi Idumeo, & M. Antonio traditur. Ab Herode ad Archelaum, Antipam, atque Lyſaniam liberos deuènit; dein in formam Prouinciæ redactum. Sed dum ibi Romani Prætores, per ſæuitiam, atque libidinem, ius Regium exer-

exercẽt, atroces populi concitauere ſeditiones: populi furor in Romanorum militum, qui in præſidijs erant, cædem erupit.

Vt rebellem gentem confringeret, vindicaretque iniuriam, Veſpaſianus à Nerone miſſus, Fortuna, fama, & egregijs miniſtris intra duas æſtates, omnes præter Ieroſolymam, vrbes domuerat. Ad Imperij faſtigiũ, vt ſupra memoraui, euectus, Romam rediens, Tito filio, vt quod reliquum erat belli abſolueret, præficit. Is domeſtica patris gloria incenſus, haud procul Ieroſolymis, inſtructas legiones oſtentat. Iudæi vbi Romanas legiones, propè in conſpectu caſtra ponere ſensère, non expectandum, vt oppugnarentur rati, obuiam egreſſi, ſub ipſos muros ſtruxere aciem. Ibi ambigua victoria, multa vtrinque cæde pugnatum; mox ab equite inuecti, turbatique, intra menia compelluntur. Titus ad muros ſubruendos, totis viribus conuerſus, vrbem aggreditur: ſed rurſus ad erumpendum animus oppidanis fuit, quibus tumultuatarijs certaminibus haud fermè plures Hieroſolymitani cadebant, quàm Romani. Quies præliorum deinde fuit, donec aggeres, & vineæ, aliaue expugnandis vrbibus, apud veteres, vel

Ieroſolymæ oppugnatio.

nouis ingenij reperta ſtruerentur. Itaque ex integro deinde, maiorique impetu exortum bellum; nam Romani alij virtute, atq. ingenio feroces, alij cupidine præmiorum incenſi, moram magis, quàm pericula metuebat. Sed vrbem arduam ſitu, ipſaque natura munitam, miræ moles, operaque firmarant; nam ſupra colles eminens, triplici cingebatur muro, & è muris, munitiſſimæ, miraque ſpecie turres, paribus interuallis emergebant. Templum quoque pro arce, tutiſſimumque propugnaculum erat. Ad hæc frumentarias cellas, fontes perenni aqua, piſcinas, ciſternaſque retinendis imbribus, cunctaque quamuis aduersùs longum obſidium, perpeſſorum ante bellorum experimento edocti, prouiderant conditores. Tot firmata præſidijs, & ingenti hominum multitudine protecta vrbs (nã ſexcenta millia virorum habuiſſe traditur) inexpugnabilis humanis opibus videbatur. Sed iuſta Numinis, ob ſpreta diuina Chriſti ore promulgata monita, trucemque eidem ibi illatam mortem, vlteriùs differri vindicta non poterat. Varijs portentis imminentia mala, indicari cæpta: viſæ per Cælum ingenti ſono obſtrepentes concurrere acies,

Sexcenta millia virorum Ieroſolymis incoluiſſe, cùm obſideretur, tradit Corn. Tac. ann. lib. vlt. ſed Ioſeph. de bello Iudaico, plures fuiſſe ſcribit.

Prodigia. ex Tacit. lib. vlt.

ruti-

rutilantia arma, & inter horrendos fragores, ſubitò micare ignes, totumque collucere Templum, cuius repentè patefactis foribus, audita maior humana vox, ſuperos inde excedere: ſimul ingens motus excedentium. Prodidere hæc prodigia totidem planè verbis, vel ipſi ethnici ſcriptores. Priùs tamen inteſtinis malis, intra ſemetipſos domeſticis diſcordijs ſæuiendo, quàm ab hoſte præmi cæpti. In tres factiones diuiduntur, tres Duces, totidem exercitus. Arcem Ioannes, quem & Barbagioram vocabant, mænia Simon, Templum Eleazarus occupat. Simon ſicariorum ſtipatus agmine, & Iudæis, & Romanis infenſus, Tirannidem, regiumque nomen meditabatur. Ioanne Duce, ingens multudo, quæ ex clade proximarum Ciuitatum Ieroſolymam confugerat, quoniam ſui corporis Pontificem, qui honor, & fundamentum potentiæ habebatur, creari volebant, per ſpeciem ſacrificandi, Templum ingreſſi, Ananum Pontificem obtruncãt, Eleazarum, exercitumq. eius, magna cæde expellunt. Interim Titus, in tanta ſibi à ſuperis data occaſione, nil cunctandum ratus, admotis machinis, quinto nonas Maij, primum murum expu-

gnat; quintum poſt diem, ſecundo potitus, tertium aggreditur. Sed tam propinquus externi belli timor, ſtatim internam concordiam parit. Igitur vno animo, muros, turreſque conſcendere, tela vibrare, propinquantes ferire, propellere; mox certamine accenſi, in ſtationes, operaque erumpunt; tantoque impetu rem gerunt, vt non ſolùm admotæ machinæ, aggereſque ſimul confracta, diſsipataque fuerint, ſed in ſummum adducta diſcrimen, res Romana videbatur. Titus hoſtilem audaciam, & robur expertus, ab oppugnatione ad obſidionem vertit vires. Et quia magnam frumenti vim nuper domeſticis ſeditionibus, igni abſumptam intelligebat, vrbem circumdare muro parat: ita etenim ſine vlla externæ opis ſpe, fame in deditionem compellere rebatur. Iamque trium ferè menſium longa obſidione, quod reliquum erat frumenti, ob ingentem multitudinem, quæ ex clade proximarum Ciuitatum Ieroſolymam, veluti in munitiſſimum locum confugerat, penè abſumpſerant; nec vnde aliud comportari poſſet, occluſis vndique vijs, vlla ſpes erat. Itaque miſerandum in modum fame abſumebantur,

tur, proijciebanturque extra muros corpora; quorum ingentem struem, Titus conspicatus, ad certissimam victoriæ spem erectus, ab excidio temperare in animum inducit. Per legatos, nuncioſque pacem promittit, si præsidio accepto, in obsequio manere vellent. At Ierosolymitanis mortem potiùs, quàm seruitutem perpeti, fixum, firmumque erat. Inuenio apud Tacitum Ethnicum scriptorem, persuasionem eis insitam, antiquis Prophetarum literis contineri, vt eo penè tempore aucto imperio, ex Iudæa profecti, rerum potirentur. Quæ ambages, Iesum inde ortum, cunctarum rerum Dominum portendentes, clarum habuerant exitum. In tanta tamen cæcutientes luce, aliò trahebant. Tacit. lib. 5. annal.

Pacis proposita spe, vbi se nihil profeciſſe Titus videt, supplices ad Cœlum palmas tendens, conteſtatusq. Deos, hominesque, inuitum se ad vrbis excidium properare, totis connixus copijs, turrim Antoniam expugnat, eaque potitus, cominùs, eminusque è Templo oppugnabatur: cùm vnus Romanus miles, non expectato Imperatoris edicto, igne iniecto, magnificentissimum, quod mille centum, atque triginta annos,

weder Schrift- oder Druckfehler, oder sonst ein Mangel, oder Unrichtigkeit in der Schreibart, Interpunction, Accentuation, oder Absetzung der Zeilen, oder Columnen, oder Seiten, oder Bogen, oder Signaturen, oder Custoden, oder Columnen-Titeln, oder Seiten-Zahlen, oder Bogen-

dacia, multa militaria facinoria, in viris, mulieribuſque cerneres. Tandem multa vtrinque cæde, plurimo ſanguine, die octaua Septembris, anno à Chriſti ortu LXXII. Titus vrbe potitur. Inſigni parta victoria, Romam regreditur; curru vectus, cum hoſtium ſpolijs triumphans, Capitolium aſcendit; dedicatque Templum pacis; vbi ſpolia repoſita. Extat hodie non longè à Domitiani amphiteatro, in tantæ rei monumentum, arcus triumphis inſignis cum præclaro titulo, Tito Veſpaſiano, Veſpaſiani filio à S. P. Q. R. dicatus.

Interim dum in Oriente Iudæorum res irreparabili clade labefactatæ ruunt; miris incrementis Chriſti fides in Occidente propagata augeſcit; multi ex Romana nobilitate Principes viri, inter quos Flauius Clemens, Veſpaſiano Cæſari ſanguine propinquus, & Acilius Glabrio Conſularis, Euangelicæ legis arcana admirati, & Clementis Pontificis incitati eloquio, religione tacti, Idolorum ſuperſtitionem abiecère; nec verebantur, cæteris infenſum Chriſti Numen, colere. Fuere, qui Apoſtolorum morem imitati, patria, patrijſque domibus, & quæ ibi chariora ſunt poſthabitis, in lõgè diſſitas terra- Ex Dione in Domitiano.

terrarum partes, Euangelicam deferre lucem properarent. Id vt fieret ſumma ope nitebatur Pontifex. Quinque igitur ſpectatæ virtutis eligit viros, qui amplum, latumque Galliarum Regnum Chriſti cultu deuincirent. Eos fuiſſe Dionyſium Areopagitam, qui non longè ante, Athenis Romam aduenerat, Nicaſium, Eutropium, & Lucianum, apud authores inuenio. Dionyſius Lutetiæ Pariſiorum, quæ vrbs totius Galliæ eſt florentiſsima; Nicaſius Rothomagi, quę Sequanorum eſt caput, ſedem deligit; Eutropius verò Santones, Lucianus Bellouacos, quod nomen ea gens, eò quòd plurimùm belli gloria valeant, ſunt ſortiti; intrepida oratione, fortiterq. agendo aggrediuntur ad quod delegabantur opus. Dionyſius ab adoleſcẽtia, eas artes, quibus magna excolũtur ingenia, philoſophiæ, ac eloquẽtiæ ſtudijs, mox matura virtute, diuinarum rerum arcana, Paulo magiſtro, ac Duce hauſerat. Eum vbi Galli audiuere, eadem ipſa, facunda oratione effundentem, ingens priùs admiratio, dein ſeditio exorta. Alij cæleſtium dono, talem, tantumque virum miſſum rati, clientes, obedienteſque ſe gerunt. Valuit apud alios magis vetus ſuperſtitio,

Dionyſ. Areopag. alijq. a D. Clem. PP. in Gallias deleg.

ſtitio: maluère magis cum veteribus errare, quàm noua recipientes benè ſentire. Hi ignotam virtutem, manifeſtum crimen, abdita arcana, noua figmenta interpretantes; Dionyſium in auitas leges irrepentem, veluti peſtiferum virum tollendum rebantur. Diù in varijs populi voluntatibus conflictatum. Videbatur tandem, tùm diuina ad dicendum vi, tùm crebris prodigijs, ſalubrioribus conſilijs locus patefactus. Iamq. vrbi, finitimiſque regionibus, eò admirabiliùs fides, quò obſcuriora ea continentur, illuxerat. quò pronior in ſanctum virum popularium amor, eò acrior Idolorum Antiſtitum ira; populi ſtudio diù compreſſa; ſub Feſcennio Præſide tandem erupit. Erat Feſcennius Chriſtiano nomini apprimè infenſus. Vbi vrbi regendæ Romani eum præfecère, opportunum tempus nacti, ab inſigni Dijs victima, nouum regimen auſpicantur. iectæ confeſtim Dionyſio catenæ. Tùm verò cerneres, quantùm diuino numine mortalium mens afflata poſſit. Coram Præſide ductus, ita verba fecit, vt non ſupplex, aut reus, ſed penè magiſter, ac dominus videretur; nihil mortis minis, atrocibuſque tormentis conterritus, eandem conſtantiam

ſtantiam in vultu, & planè in ore lætitiam cerneres: eodem penè modo Chriſtianæ rei cauſſam dixit, quo ſemper agere omnia ſolitus erat, vehementi, liberaque oratione, adeòque conſtantia ſua, & Præſidem, & Antiſtites obſtupefecit, vt potiùs metuendus, quàm metuens videretur. Mirum tradit Nicephorus, alijque non ignobiles ſcriptores, non ſolùm cùm anima corpori ineſſet, ſed ferro interemptum, detruncatumq. capite, eandem ſpiritus vehementiã, quam viuus habuerat, adeò retinuiſſe, vt per notabile loci ſpacium, truncatum caput dextera geſtiendo, vim, ardoremque animi adhuc ſpirarit. Corpus eodem in loco, quo inſigni miraculo ſtetit, multis cum lacrymis à Catulla nobili fæmina conditum. temporis decurſu non obliteratus, ſed auctus honos. Immenſæ opulentiæ Templum anno ſalutis 640. Dagobertus Francorum Rex erigit, dicatque. Nec poſteriores Reges, qui ob rem Chriſtianam, tum belli, tùm pacis artibus propagatam, Chriſtianiſſimi nomen obtinuère, minori ſe geſſere cultu; eum à quo religionis agnouere initia, tutelarem habuère, nec quidquam belli, domique arduum aggredi auſi, niſi ad ſacras Dionyſij

Nicephorus 2. hiſt. 20. Acta apud Surium ad diẽ 9. Oct.

Ex Aimone lib. 4. de geſtis Francorum 33. Galli Reges ad bella procedẽtes, baculum peregrinat. & vexillũ, quod Oriflambe appellant, in Dionyſij Templo recipiunt.

nyſij

nyſij cineres ſupplicatione habita.

Non abſimili Dionyſij gloria, pari facinore, Nicaſio, Eutropio, & Luciano acriter pro fide dimicantibus, finis in terris fuit. Nec modò in Prouincijs, ſed Romæ, fides à, quia longè crimen, crimini dabatur: acriter inde tumultuatum. Clemens Pontifex nouarum rerum author, & dux habebatur. Id in cauſſa fuit, vt in Tauricam Cherſoneſum, exilio propelleretur. Eſt ea regio iuxtà Meotidem paludem, longè ab acceſſu ſolis, adeò frigore torrida, concretaque glacie, vt ægrè niſi ijs, quas tellus ipſa gignit, animantibus habitabilis videatur. Ibi ingens multitudo (duo ferme millia erant) ſeruilibus operibus afflictati, lapidibuſque ex immanibus rupibus excidendis detenti, inopem exulemque vitam agentes, eius quam profitebantur fidei, qua vna ad innocentiam paratur iter, pænas luebant; quò cæleſtibus notiores, charioreſque, eò mortalibus obſcuri magis, ac infenſi. Sed nihil æquè, quam inopia aquæ, in vaſta, eaque ſaxoſa ſolitudine fatigabantur. Eos cum adiſſet Clemens, vtrinque diuerſis animi motibus lacrimæ ſtatim obortæ. Exules dum eum, cuius diuinam opem, virtutemq.

Clem. PP. in Taurica Cherſoneſum exilio propellitur. preclarè ibi geſta, & martyriũ ex Damaſo, & alijs in vitis Pontif.

ſæpe

ſæpe experti, parentis loco coluerant, ad ſe aduentare ſenſiſſent, cum lætitia, & gaudio ad eius genua procumbentes, effudit ſe mentis hilaritas, in dulces oculorum lacrymas. At miſeratio, & dolor Clementis animum, dum Chriſti gentem eò immaniùs, quò iniquiùs afflictari videt, ſtimulat, multoque cum fletu, ad eum, à quo cuncta, ſeu proſpera, ſeu aduerſa eueniunt, vertit preces. nec irritæ fuere, protinùs Agnum mira ſpecie, vicini montis faſtigium conſcendentem vidit; ſimul ex impreſsis veſtigijs, in ſummo collis culmine, fontes perenni aqua prorumpere. Clemens, repentino, ſubitoque miraculo erumpentes conſpicatus aquas, ſitienti multitudini oſtentans, non tàm ad præſens leuamen, tam oportuno tempore diuinitùs eas datas dicere, quàm vt certiſsimo, claroque ſigno intelligerent, ſibique perſuaderent, eorum ſpem, fidem, haud irrita fore; futurum vt tandem laboribus, ærumnis, exilio, quies, felicitas ſuccedat. Et Clementis alloquium, & erumpentium fontium miraculum, æquè ægris mentibus, atque corporibus leuamentum fuit. Mox vbi tantæ rei percrebuit rumor, ingens Chriſtianæ rei incrementum

vndique

vndique ad Clementem concurſus. Rarò noua religio abſque populari tumultu fuit: adeò innatam ſuperſtitionem quiſque magis, quàm religionem fouet. Creſcit in dies credentium multitudo, ſimul eorum, quibus nulla fides, excitatur, gliſcitque furor. ſicuti anno ante Romæ, ita nunc in Cherſoneſo atrox exorta ſeditio; atrociùs tamen modò in eum, qui author habebatur ſæuitum. nam non exilio propellere, vt Romani, ſed è medio tollere parant; ita etenim, Duce ſublato, pinguem Dijs victimam immolandam autumant; anchora ad collum alligata, per inhumanum ſcelus, in proximum Euxinum mare proijciunt. Fideles ad littus aduolantes, dùm exurgentibus vndis, tantum virum iactari, mox ingentibus fluctibus abſumi vident; inermes ab armatis ſepti, omni humana deſtituti ope, plurimis cum lacrimis, ſupplices ad cœlum palmas tendẽtes, aduerſus immanes hoſtes, aduerſus vim, impetumque maris, pro ſanctiſsimo Duce, diuinam implorant opem. mulieres præcipuè ſciſſa veſte ſeſe afflictantes, lugubri clamore, ingentique ploratu tàm crudele facinus lamentabantur, & mouiſſe Numen tradit Damaſus, qui primus

omnium

omnium, Pontificum geſta conſcripſit, vt inſigni exorto miraculo, luctus, lacrymæq. in lętitiam verterentur. Nam cùm nonnulli, qui cæteris zelo, ac dolore anteibant, mare ne fortè corpus ferarum, piſciumque pabulum eſſet, ingredi pertentarent; ſenſim retrocedentibus aquis, per medium profundi ſicco pede per notabile ſpacium inceſsère, corpuſq. in æde marmorea in Templi formã extructa, conditum inuenère. Ita dum corpori in terris decus, longè præſtantiorem animo in cœlis gloriam rependi, vel ipſis infidis hoſtibus clarum, compertumque fuit. Nicolao primo Pontifice, Romam defertur: Templum non longè à Domitiani amphiteatro erigitur, ibique hodie ſummo honore colitur. Tanto miraculo incolæ obſtupefacti, ſuperſtitionem, facinus deteſtantur, Numen agnoſcunt: inde exules quò anteà atrociùs, eò benigniùs tum habiti, dimiſsique in ſuas quiſque terras. Hæc tam admiranda in Cherſoneſo contigiſſe, cùm ſatis inter authores conſtet, de tempore tamen haud ſatis conuenit. Qui Linum, ac Cletum in Pontificum ſerie collocant, longè rem protrahunt: eorum alij ſub Domitiano Cæſare, alij ſub Traiano centeſimo

Quo anno D. Clemens obierit ambigunt ſcript. vide Onufr. Pan. in addit. ad Platin.

mo ſecundo à Virginis partu anno. Qui verò Petro, Clementem ſtatim ſuggerunt, longè antè & ſub Veſpaſiano Auguſto LXXVII. ſalutis anno, contigiſſe ſcribunt. Certè ingenti gloria, nouem fermè annos, menſes quatuor, Eccleſiam rexit, auxitque Clemens. Extant adhuc, ingenij eius præclara monumenta. Literas præterea ad Corinthios, vt exortas ibi ſeditiones ſedaret, conſcripſit: quas non modò præſentibus rerum caſibus, ſed poſteritati ſalubres, in publico fidelium cætu, per multas poſteà ætates ab Eccleſia recitari conſueuiſſe, teſtis eſt Euſebius.

Ex Euſeb. 3. hiſt. cap. 12.

Vbi Romæ audita eſt Pontificis mors, Anacletus patria Athenienſis, ſpectatæ virtutis vir, Clementi ſubrogatur. Sunt qui Cletum poſt Clementem Pontificem numerent, Anacletum verò Cleto ſucceſſiſſe tradunt. Alij non diuerſum fuiſſe Cletum ab Anacleto cenſent. Tanti errores, ac multiplex authorum opinio, rem implicauere, vt nec qui Pontifices ſecundum quoſdam, ne dum quo tempore, vel quid à ſingulis actum ſit, in tanta vetuſtate non rerum modò, ſed etiam authorum digerere poſſis. Cæterùm Anacletũ à Cleto diſtin-

Anacletus Clementi in Pont. ſede ſuccedit. Damaſus repugnare videtur, dum Cletum Clementi ſubrogat. Tertull. lib. 3. in Marcion. non diuerſum fuiſſe Cletum ab Anacleto cenſet.

gui, nec Cleto, ſed Clementi ſucceſſiſſe, plures tradidere authores, quos vt ſequar propiùs fidem eſt. Eius Pontificatus primordio, lætis in Eccleſiam auſpicijs, Titus Veſpaſiani filius, ad Imperij faſtigium euehitur. Tito Imperante, Romæ, & per prouincias reddita Eccleſiæ libertas, fidelibus pax data. Anacletus tam oportuno tempore omnium primùm animum adiecit, diuinos ritus, ſacraſque cæremonias augere, ſacerdotes inſigni veſte dum ſacra obirent decorari, nec ſacra ſolemnia, vbicumque, ſed certis ad id dicatis *ſacellis* obiri voluit; ſacellaque & aras, quæ deinde, vt in tempore memorabo, Cæſarum largitate in magnificas Baſilicas excreuère, ad Petri, Paulique tumulos erigit; Antiſtes verò non ſolùm inſigni ornatu, cæleſtibuſq. cæremonijs venerabiles, ſed etiam inuiolatos, ac penè ſacroſanctos apud populum fecit. Vetuit ne quiſpiam in eos iudicare, cauſſamue dicere auderet. Quin etiam, vt ei, quam Petrus tenuerat in vrbe ſedi, debitus & in præſenti, & per futuras ætates accederet honor; neue tanta, quæ magis in dies creſcebat Chriſtianæ rei moles, varijs placitis diuiſa diſtraheretur, datis per Pro-

Anaclet. ad Petri Pauliq. tumulos, primus omnium ſacella erigit. ex Euſeb. 2. hiſt. 24.

Ornatum ſacerdotum minuenit.

vetuit Epiſcopos ab humanis Iudicibus iudicari. cap. Accuſ. 2. q 7.

Petri primatus & alia Rom. Pontif. reſeruata. ex epiſt. Anacleti PP. quæ in tomo Concil. referuntur.

uincias

uincias literis, edocet ſoli Petro Eccleſiæ tutelam, ſummum in vniuerſas regiones, in fideles omnes regimen à Chriſto Rege datum; in eadem poteſtate ditioneque, non niſi Romanos Pontifices, qui & eandem Petri tenent ſedem, ſucceſſiſſe; proinde in aſperis, arduis, dubijs cõſulendos, *Vnum eſſe Chriſt. Reip. corpus, vnius animo regendum.*

In eo tranquillo rerum ſtatu, dum præclaris Inſtitutis, Anacletus Eccleſiæ Hierarchiam, ac ordinem firmat, Titus vita fungitur. Titus biennio, ſumma tum belli, tum pacis artibus gloria, orbem imperando tenuit. Ob ciuile ingenium, morum elegantiam, atque alia præclara animi, corporiſque decora, amor, & deliciæ generis humani habitus eſt. Studium, quod apud populares, exteras, barbaraſque gentes, haud æquè apud ſuos inuenit. Anno ſalutis octuageſimo tertio, Domitiani fratris inſidijs interemptus cadit; veneno interfectum fama obtinuit. Nunquam malis artibus parta, melioribus exercentur. Domitianus Imperio potitus, Neroni quàm ſimillimus fuit; Neronem imitatus, exquiſitiſsimis pœnis Chriſti gentem ab incepto reuocare aggreditur. Fortè ea tempeſtate Ioannes, quem

Secunda Eccleſiæ perſequutio ſub Domit.

vnicè Chriſtus in terris dilexerat, nec quidquam amatiſsimo diſcipulo, ac alumno latens, clauſumque eſſe voluerat, Epheſi morabatur. Is magiſtro, ac Domino, quantùm humana imbecillitas patitur, quàm ſimillimus, tùm inſignibus virtutibus, tùm præclaris prodigijs non modò Epheſinis, ſed finitimis quoq. gentibus charus, & admirandus euaſerat. Iamque celebre non modò per Græciã, ſed per vniuerſam penè Aſiam eius erat nomen. Id idem, quod cæterorum ſtudium, & amorem; Domitiani exciuit iras: eò magis tanto Duce amoto, deſtinata perficere incenditur. Ioannem Epheſo, Romam deferri mandat. Vinctus ſenili corpore, (nam nonageſimum ferè agebat ætatis annum) ad Cæſarem trahitur. ſed vegeto, libero animo loquutus, ita verba fecit, ea pandere aggreſſus eſt arcana, vt potiùs metuendus, quàm metuens videretur. Apud ſemel ſuperſtitione imbutam mentem, incitamentum irarum id magis fuit. Inſignis prædicatio, inſignis virtus, inſigni cruciatu rependitur: ante portam Latinam parat ſupplicium. Ibi in feruentis olei dolium, ſenex ætate illibatè decurſa inijcitur. Numen, cuius nutu cuncta regun-

Ioannes Euangeliſta Domitiani mandato Epheſo Romã trahitur.

tur,

tur, vindicauit iniuriam; purior, & vegetior ab æſtuantibus vndis, Ioannes euadit. Tùm verò, qui ſpectaculo intenti aderant, in varias diſpartiuntur curas. Fortè ne tam claro, apertoque ſigno, vera à falſis, ſuperſtitionem à religione, Domitianus ſecerneret, Apollonij Tyanei recens, & memorabilis caſus in cauſſa fuit. Apollonius tùm abdita Pythagoreorum doctrina, tùm Demonum præſtigijs, occulta vaticinando, gerendoque ſupra humanam vim facinora, inclytus per omnes terrarum oras euaſerat. Domitianus cupidine præſentem videre, quem fama admirabatur, Romam accerſiri iuſſerat. Ille de Imperij arcanis ſermonem inſtituens, longè à Cæſaris mente rem deuiam, Imperium Neruæ Cocceio vaticinatur. Erat Nerua Principi apprimè infenſus; nec facile dictu eſt, quàm altè id in eius pectus, cui regnantium more, proniùs falſa adulando, quàm vera exprobrando inſerebantur, deſcenderit: Neruam exilio propelli, Apollonium carcere claudi iubet. At, ad ea, quæ fato parantur, nec fatum quidpiam reor, præter diuinæ mentis, ab æterno rerum cauſſarumque ſeriem prædeterminantis conſilium, per ea ipſa, quibus euita-

Apollonij Tyanei præſtigia. ex Philoſtrato in eius vita.

Digitized by Google

re ſtudes, iter ſæpè panditur ; nam, vt mox memorabo, nulla alia re proniùs Imperium Neruæ, populus mileſque dedit, quàm quòd Principi inuiſus fuit. Vatem verò cohibendo, haud cohibuit dictis fidem ; punitis ingenijs gliſcit authoritas, quin alio edito prodigio magis aucta. Dùm maximè militum cuſtodia circumſeptus carcere eſſet, nullo è cuſtodientium militum ſentiente, è carcere euolat, eademque hora, ſocijs inexpectatò apparuit; tradit id Philoſtratus, qui licet fortè multa confinxit, non omnino tamen ſpernendus eſt author. Recens igitur Apollonij prodigium, Domitianus animo reputans, Ioannis quoque incolumitatem magicis artibus referebat. Eluſis tormentis, eluſa morte, ſpe fruſtratus, abſentem habere voluit, in quem præſentem ſæuire inuitus, & nolens tenebatur . procul hominem amoueri, in Inſulam Pathmos iuxta Aegeum mare, exilio propelli iubet . Immitis ac ferus in Apoſtolum, cui inſigne virtutis decus, haud mitis in cæteros, qui pari fide, non abſimili virtute erant. Eò ſæuiùs ſe in eos effudit furor, quò occulta vi in Ioanne magis coercitus erat. miſerum in modum alij ſupplicijs excruciabantur, alij cum bonorum,

Ioann. in Inſulam Pathmos relegatur à Domitian.

bonorum, fortunarumque iactura, è patria, patrijsque sedibus eiecti, inopem, exulemq. vitam agebant; non sexus, non ætas, non sanguinis propinquitas, miserationem attulit. A summo capite summum exorsus facinus, Anacletum Pontificem, qui decem propè annos vniuersis fidelibus charus, ac sacrosanctus, Ecclesiam rexerat, interfici voluit; mox Flauio Clementi sobrino fratri, Acilio Glabrio consulari, par vitæ exitus. Iam verò Flauij vxor Domitilla, & alia Domitilla ex sorore filia, quæ ab ineunte ætate, D. Petri coluerat virtutem, seque perpetua virginitate Deo deuouerat, velum verò insigne virginum ornamentum, à Clemente Pontifice acceperat, in Pandatariam Insulam non longè à Puteolis proijciuntur. Quò genere, vel rebus gestis clariores, eò illustriores tolerabant pœnas: quantùm aliàs generis claritudo, virtutisque præstantia proficiebat, tantùm tùm fidelibus officiebat. nemo nisi fortè Principi ignoti, atque obscuri, ferum, ac immitem euasère impetum. Hi inter se signo dato, clàm in abdita loca conueniunt; ducem, atque Pontificem eò maiori celeritate, quò maiori discrimine Ecclesia agitabatur, deligendum rati, Eua-

Ex Dione in Domit.

Euaristus Anacletos succedit in Pontif. munere.

riſtum ſtrenuum, ac fortem virum, in Pontificia ſede ſubrogant. Fuit Euariſto Bethleem, vbi Chriſtus natus, natale ſolum: protinùs in nouo munere, vetus viri enituit virtus; indignum Pontifex ratus, vt diutiùs commiſſa ſibi gens, latebras quærendo cum mærore, ac pauore occultam in tenebris vitam agant, monet eos, ne maioribus ſuis degeneres, illuſtri aliquo facinore ſe in libertatem vindicent, profectò in tanto rerum diſcrimine fortiter, conſtanterque audendo, agendoque; cœleſtium, quorum cauſſam foueant, non defuturum auxilium; præclara Petri, Paulique recentia quoque Ioannis, Anacleti, Acilij, Flauiorum intuerentur facinora. Sed quid Flauios, Acilios, Anacletos, cæteroſque inquit, memorem? Non ne Lucinam, aliaſque fæminas, muliebri dempto pauore, recti amor, fides, veritatis zelus inter micantes, fulgenteſq. gladios impulit? Non occultis cætibus, palàm agendo res Chriſtana creuit. Quantùm in me eſt, non diutiùs, id quod nobis gloriam, ſalutem, cœleſtium conſortium eſt paritu-rum, in tenebris, & veluti in obliuione verſabitur; luce opus eſt, emori præſtat, quàm cum ignauia, obſcuram, ignobilemque vi-

tam

tam agère. Ego certè emoriar potiùs, quàm vt ſilentio tanta, ac tam magna, pertranſire permittam.

Hæc ingenti ardore increpando, fortiter dictis, haud minùs fortiora facta iungit; palàm prædicando incedit. Vir, à quo longè in tanta omnium formidine timor, æquè à fidelibus metum depulit, ac ſtuporem in Principis animum inijcit. Victus ea conſtantia Cæſar, ferro abſtinendum duxit; nec tamen pronus ad ſæuiora animus, pœnas mitigando, mitis fuit. Tributum in eos qui fide ea degerent, Chriſtumque colerent, impoſuiſſe Suetonius eſt author.

Domit. Chriſti cultoribus Tributum imponit. ex Sueton. in Domit. cap. 12.

Dum Romæ miteſcit, per Prouincias inualeſcit magis furor: In Aſia præcipuè. Ibi tùm alij clari viri, tùm præſertim Antipas pro fide militans, Pergami in candentem æneum bouem inijcitur; coniectus dum corpore crematur, animus inter cœlites nullis aduerſis, non calori, non frigori obnoxius, perenni felicitate decoratur.

D. Ioan. in Inſula Pathmos ſcribit Apoc. ex Iren. lib. 5. Hieron. de ſcrip. Eccleſ. vide Epiph. hæreſi 51. vbi nonnullos contra ſentientes refellit.

Dum hæc vbique terrarum ſæuè agerentur, Ioannes, qui vt ſupra memoraui, in Inſula Pathmos exulem vitam agebat, magno circumfuſus lumine, in ſublime rapitur. quò admirabilior modus fuit, eò admirabiliora,

liora, eo raptu hauſit arcana ; ea præcipuè quæ proximè, futuris etiam ætatibus, Eccleſiæ proſpera, vel aduerſa euentura forent. Vbi primùm ab eſteſi quieuit animus, literis ea Ioannes, licet per ambages, vt mos eſt Oraculis (vnde etiam Apocalypſis à græco ducto vocabulo, nomen obtinuere) demandat. Nonageſimus ſeptimus à Chriſti ortu, Domitiani vero XIV. agebatur in Imperio annus ; iamque diutinæ Tyrannidis finis, ſpes libertatis, ac tranquilliorum temporum aduentabat.

Anno ſalutis nonageſimo octauo, Domitiano ſublato, æquè Eccleſiæ, ac Romano orbi, læta illuxit dies. Cædibus, ac rapinis & cæleſtium, & mortalium in ſe conciuerat iras. Is, qui ad perdendum magis, quàm ad regendum mortales, natus videbatur, tandem conſpiratione facta, per Stephanum Flauiæ Domitillæ libertum eximitur. Senſit protinùs vniuerſa vrbs, inſigne vnius viri beneficium, dum per libertum, liberam, ac immani Tyranno immunem ſe conſpexit. Nec eius, qui dirè eam oppreſſerat imagines paſſa ; ſtatuas, quas adulando magis, quàm obſeruando, potentiam metuentes, erexerant, proſtrantur; cunctaque eius acta reſcin-

reſcinduntur. Tùm verò Nerua, qui Domitiano inuiſus, aſperum, ac durum exilium tolerarat, ad Imperij faſtigium euehitur, quantò antea Principi infenſus, tantò tùm ciuibus, ac militi charus, vna voce Senatus, populus, mileſque, in Imperatorem, ac Principem depoſcunt. Fuit Neruæ clemens, & ciuile ingenium. Ab ea præclara animi dote, Imperium auſpicatus, impoſitum per ſummam ſæuitiam, atque auaritiam, Chriſti cultoribus tributum, aboleri mandat; inſignem munificentiã, egregio titulo publicis in Numiſmatibus hiſce planè verbis, *Fiſci Iudaici calumnia ſublata*, denotari voluit. Iudaico enim nomine fideles omnes, vt primo libro expoſui, antiquitùs cenſebantur. Clementiæ, ac iuſtitiæ, tùm demum locus patefactus. Eos quos fidei cauſſa Domitianus è patrijs ſedibus eliminarat, boniſq. proſcripſerat, ad patrios lares, ad patria boan, redeundi poteſtatem facit. Luculentus ea de re Dio, qui proximè ijs tẽporibus floruit, in hæc fermè verba eſt author. *Cæterùm Nerua omnes qui impietatis in Deos rei fuerant, abſolui voluit, & exules in patriã reduxit.* Pietas erga Deum, exquiſita impietas, abijs qui longe à pietate erant, cenſebatur.

Nerua Imper. Eccleſ. propitius ex Dion. in eius vita.

Euari-

Della Prosodia di Dante Alighieri, e di Giovanni Boccaccio. Libri due. Nuovamente dati in luce da Lodovico Antonio Muratori. In Venezia, appresso Giambatista Pasquali. 1724. in 8. pagine 224. oltre le prefazioni, e tavole.

Lodovico Antonio Muratori

Questo Libro, che ha per Autore il Boccaccio, è stato dato in luce dal Muratori, che ha aggiunto alcune cose di Dante, e molte sue proprie. Il Boccaccio, come osserva egli medesimo, ha seguitato in questo Libro Dante, e Dante Guido Guinizelli, e Guido Guinizelli Arnaldo Daniello, e Arnaldo Daniello Guglielmo Adimaro, e Guglielmo Adimaro Giraldo di Bornello, e Giraldo di Bornello Bernardo Ventadorno, e Bernardo Ventadorno Folchetto Marsigliese, e Folchetto Marsigliese Pietro Vidale, e Pietro Vidale Raimondo Vidale, e Raimondo Vidale Uc Faidit, e Uc Faidit Uc Brunetto, e Uc Brunetto Giraldo di Calanzone, e Giraldo di Calanzone Peire Vidale, e Peire Vidale Peire Rogiere, e Peire Rogiere Gaucelmo Faidit, e Gaucelmo Faidit Arnaldo di Marvegliò, e Arnaldo di Marvegliò Peire Cardinale, e Peire Cardinale Raimondo Feraudo, e Raimondo Feraudo Terramagnone da Piacenza, e Terramagnone da Piacenza Lanfranco Cigala, e Lanfranco Cigala Bonifazio Calvo, e Bonifazio Calvo Folchetto di Genova, e Folchetto di Genova Sordello, e Sordello Bonifazio Calvo, e Bonifazio Calvo Alberto Malaspina, e Alberto Malaspina Rambaldo di Vaqueiras, e Rambaldo di Vaqueiras Alberto Malaspina, e Alberto Malaspina Giacomo da Lentino, e Giacomo da Lentino Jacopo Mostacci, e Jacopo Mostacci Pier della Vigna, e Pier della Vigna Guido delle Colonne, e Guido delle Colonne Odo delle Colonne, e Odo delle Colonne Bonagiunta Orbicciani, e Bonagiunta Orbicciani Guido Cavalcanti, e Guido Cavalcanti Dante da Maiano, e Dante da Maiano Dante Alighieri, e Dante Alighieri Cino da Pistoia, e Cino da Pistoia Dante da Maiano, e Dante da Maiano Onesto da Bologna, e Onesto da Bologna Francesco Petrarca, e Francesco Petrarca Cecco d'Ascoli, e Cecco d'Ascoli Antonio da Ferrara, e Antonio da Ferrara Francesco Petrarca, e Francesco Petrarca Giovanni Boccaccio, e Giovanni Boccaccio Francesco Petrarca, e Francesco Petrarca Zanobi da Strada, e Zanobi da Strada Francesco Petrarca, e Francesco Petrarca Giovanni Boccaccio, e Giovanni Boccaccio

referrent, ac repreſentarent. Quò tenuiora, magiſque exigua fuere initia, eò maiora deinde incrementa fuere: nam proxima poſt tempora, cùm Imperio, opibus, viribuſque, Romana Eccleſia adeò præpollens eſſet, vt aduerſus terrarum gentes, Principeſque ius ſuum bello, armiſque vindicare poſſet, haud contemnendis opibus additũ dignitati decus; quæ tùm primùm regio propè ſplendore enituit, cùm annum circiter milleſimum octuageſimum, ius, poteſtatemque Romanos Pontifices eligendi, ab Imperatoribus Gregorius PP. VII. ad eos tranſtulit; nam antiquitùs pro varia temporum conditione, vel promiſcua fidelium acclamatione, vel cleri ſuffragijs, nullo cupidinis, nullo ambitionis æſtu, creabantur. Primus omnium Theodoricus Gothus Italiæ potitus regno, ius illud vſurpat. Idem deinde ſequentes Gothi Reges fecère; certa etiam pecuniæ ſumma eis præſcripta, qui Pontificium munus ratum, firmumque habere vellent. At Gothis à Iuſtiniano Imperatore per Narſetem ducem exactis, idem ius, Iuſtinianus, & ſequentes Orientis Cæſares ſibi vindicant; donec Conſtantius Heraclij pronepos, annum circiter ſexcenteſimum ſeptua-

Greg. VIII. ius eligendi Pontifices, ab Imper. ad Cardin. tranſtulit. Anaſt. bibliothecar. in vita Pelag. 2.

Varius Pontifices deligendi mos, pro varia temporum conditione. ex Anaſtaſ. vbi ſup. & alijs quos refert Baron. ad annum Domini 526. 555. & 774.

ſeptuageſimum quintum, Romanam Eccleſiam à ſeruitute exemit. Semel patefactus ambitioni locus, haud facilè præcluditur; dominādi cupido, vel in ijs quæ ſacroſancta habentur, tranſuerſos mortales agit, in prophana iuxtà, ac ſacra irrepit; rurſus Cæſares, qui in Occidente tenebant Imperium, in eo eligendi vſu eſſe voluere, donec Gregorius, vt ſupra memoraui, ab Henrico IV. Imperatore ſacroſancta violante comitia, vim, poteſtatemque omnem ad Cardinales tranſtulit. Sunt qui ſcribant Carolum Magnum, eique in Imperio ſucceſſores, ob ingentia in Eccleſiam collata beneficia, ius illud ab Adriano Romano Pontifice obtinuiſſe. Id tamen in gratiam Henrici IV. Imperatoris acerrimi Romanæ Eccleſiæ perduellis, ac hoſtis, à Sigiberto, qui eius partes fouit confictum, ac conſcriptum, multis, & erudite Cardinalis Baronius confirmat. Vtcumque ſit, conſtat proximè poſt Cæſares, procul ab eo iure ſe oſtendentes, libera, vt par erat, in Pontificibus deligendis comitia, Romano clero reliquiſſe. extat certè ea de re inſigne Ludouici Pij, qui ex Carolo Magno ad magna enatus fuit, diploma.

Carolum Magnum obtinuiſſe ab Adriano PP. ius eligendi Roman. Pontif. ſcribit Sigibertus in cronico. & refertur in c. Adrianus 63. dix. Id tamen refellit Card. Bar. ad annum Domini 774. Vtcumq. ſit, conſtat Ludouicũ filium, procul ab eo iure ſe oſtendiſſe, cap. Ludouicus diſt. 72.

Dum

Dum hæc Romæ geruntur, esſetque ab armis in Eccleſia quies, turbidis errorum Euangelij lux turbari in Oriente cæpta eſt procellis. Exierat aduerſus Chriſti Numen, Cherinto, atq. Ebione authoribus, conſtans per Aſiam opinio, non ab æterno ex Patre Deo progenitum, ac licet diuinitatis expertem, abditum in modum in eo effulſiſſe Numen, cuius gratia ac poteſtate efflo-reſcentem, ad cæleſtium conſortium aperuiſſe iter; proinde etſi non diuino cultu, proximè tamen diuinis honoribus, vt Moyſes, alijue ſuperis apprimè chari, colendum. Ita falſis vera admiſcendo, veritati adimebatur locus. Curæ fuit Aſiæ Epiſcopis, per Nuncios, Legatoſque, Ioannem, qui cum ipſo Ieſu, dùm in terris ageret, dicendo, obſequendo, coniunctiſſimè vixerat, & tùm fortè Epheſi Neruæ indulgentia ab exilio reuerſus, morabatur, tanta de re conſulere. Ille nouitate rei, quæ fidei veritatem, abdita diuinarum rerum arcana deſtrueret, perculſus; in deſerta atque ab omni cultu humano diſſita loca ſecedit. Ibi diem, noctemque inſomnem, ſine cibo, potuque poſt quàm duxiſſet, cœleſti monitus voce, altiſſimum montis culmen conſcendit. Ingentibus

Cherinti, atque Ebionis hæreſes.

D. Ioann. quo anno, qua occaſione, & vbi ſcripſerit Euangel. ex Epiph. hæreſi. 73. D. Hieron. de ſcrip Eccleſ. & alijs.

Digitized by Google

gentibus repentè tonitribus, atque fulgoribus exortis, nuncios pauefactos, ad radices montis conſtitiſſe, Epiphanius ſcribit. Ioannes diuina vi, inacceſſibili præcinctus luce, in ſublime rapitur; tùm verò quæ dubitationem propelleret, hæreſeſque dirimeret, magno cum cœli fragore, ſonituque, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*, prorupit è cœlo vox. Nec cunctatus Ioannes, cætera de Chriſto proſequitur, conſcriptaque Nuncijs tradit, & per omnem Aſiam, totumque terrarum orbem, ea diuinarum rerum arcana impertiri curat. Nonageſimo nono à Chriſti ortu anno, Ioannem diuino actum ſpiritu, ea perſcripſiſſe, magis conſentiens eſt inter authores opinio. Nec cœleſti impertita mortalibus luce, diutiùs ſuperſtes in terris fuit biennio poſt ſenio confectus, ad ſuperos conuolat. Alij nonaginta tres, alij nonaginta octo, alij demum centum & ſex vixiſſe annos tradunt. Nec defuere, qui in terris adhuc, vt in extrema orbis ætate vnà cum Henoc, & Elia, de quorum interitu ignoratur, mortales inſtruat, ſeruari cenſeant. Ita etenim è triplici, naturæ, legis, ac Euangelij ſtatu, per

triplices

triplices electos Duces, ac magistros Orbem edocendum. Ingeniosè id ab Hippolyto martyre seu creditum, seu inuentum; at non æquè veritati consonum. Certè Eusebius, Hieronymus, Polycrates, alijque summi viri, Ephesi tumulum, quo Ioannes conditus, multis præclarum miraculis se inspexisse testantur.

Hipolitus martyr in libello de consumat. mundi.

Anno salutis centesimo, Nerua vita fungitur, postquam, anni vnius spacio, menses quatuor insignibus virtutibus rei Romanæ arbitrium tenuisset. M. Vulpium Traianum Hispanum genere, nullo cognationis vinculo, nullo sibi sanguine iunctum, sed virtute, ac militari gloria clarum, in filium, ac spem Imperij adsciuerat.

Neruæ morte Traian. Imper. sub eo 3. in Eccles. persequut.

Sub Traiano non tam iubente, quàm non prohibente Principe, pietatis imagine impius reuiuiscit furor; Principe bellis intento, erupit, viguitque. Dum ad Romanum Imperium propagandum succinctus armis, legionibusque, in Germania primùm, dein aduersus Assyrios, Persasque armorum distractus curis degeret, Antistites, Præsulesq. in Christi cultores, inermem gentem, intenti erant. Ijs eliminatis, auitum Deorum cultum, reuocare agitant animo; impieta-

te facinoris ſibi reique publicæ, cœlites, in quorum gratiam victima mactabatur, propitios reddere autumant. Vbique effundi ſanguinem, vbique cædes, vbique atroces pœnas minitari, inferriue cerneres; nec propterea ab incœpto retardabantur fidelium animi, quin eò impenſiùs alacres inter tormenta pro fide, conceptaque ſpe niti; ſuorumque cæde, mirum in modum Chriſtiana creſcebat res: nam quò plures ferro interempti cadebant, eò plures fidē amplexi ſurgebant; vniuſque ad interitum, ſeu permoti prodigijs, ſeu admirati conſtantiam, intrinſecùs certè tacti à Numine, multiplici fœtu pullulabat, ſurgebatque Chriſto proles. Ferrum potiùs fatigari, quàm ab incœpto reuocari cerneres. Obſtupefecit ea res Prouinciarum Præſides. Fortè tùm C. Plinius Plinij ſenioris nepos in Bythinia proconſul erat: is æquè inter aduerſa, conſtantiam, ac procul à Deorum cultu morum integritatem admiratus, rem tantam ad Cæſarem per epiſtolas defert; Cæſaris reſponſo, etſi lenitus, non tamen coercitus furor; non conquirendos, vt antea, ſed ſi delati deferantur, plectendos Traianus reſcribit.

In

In tam turbido rerum ſtatu, aduerſus tot hoſtium procellas, furoreſque, Ignatius, atq. Euariſtus Chriſtiani nominis præclari Duces, in Oriente alter, alter in Occidente, inuicta animi conſtantia ſeſe opponentes ſatis præclari fuere. Vtrique deinde, inter tormenta forti animo necem tolerando, pari gloria, diuerſo mortis genere, finis in terris fuit. Sed vt conſpectius de Ignatio ſupplicium ſumeretur, Antiochia, vbi, diù Præſul & Epiſcopus Eccleſiam rexerat, catenis oneratum, Romam trahunt. Ibi in publico theatro, Leonibus dilaniandum proijciunt. Tùm verò, cùm rugientes ad ſe aduẽtare leones ſenſiſſet, tam intrepidè ſeſe illis obiecit; inter ipſos verò laniatus, eo habitu oris, & veluti vultus hilaritate, ad circũſtantem turbam verba feciſſe traditur, vt non ad mortẽ, ſed ad cœlum rapi crederes: tradit D. Hieronymus celebris author, his planè verbis, obduraſſe in necem animum; *Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar.*

Ignatij, atque Euariſti PP. pro fide certamen.

Ex D. Hieron. de ſcrip. Eccl. in Ignat.

Ignatij ſequuta cæde, Euariſto Pontifici paratur ſupplicium. X. propè annos, ſtrenuè, piè, fortiter, Eccleſiam rexerat; pari virtute inter hoſtiles impetus, ſpiritum effundens,

strenui certaminis coronam in cœlis est adeptus. Corpus in Vaticano iuxtà Petri tumulum conditur. Alexander Romanus, & Romanæ virtutis, Pontifex substituitur.

Alexander PP.

Idem annus, qui xx. supra centesimum à Christi ortu erat, Traiano Cæsari finem attulit: xx. Imperij anno, in Cilicia apud Selinuntem, quæ inde Traianopolis est appellata, vita fungitur. Nemo Romanorum Principum, longiùs, (nam mare rubrum progressus, ad Indiæ fines accessit) Imperium protraxit. Nemo vnquam meliori fama orbem Imperando rexit. Inde factum est, vt cùm sequentibus ætatibus Cæsares acclamarentur, Augusti felicitatem, Traiani bonitatem, populusque milesque nouo Principi imprecaretur; productusque mos ad Iustiniani tempora. Inde fortè irrepsit opinio, D. Gregorij Papæ precibus eius animam ex Inferis ereptam. Scribit certè Ioannes Damascenus, Pontificem celebres viri virtutes, memoria recolentem, ardentes ad Deum effudisse preces, precibusque datum, vt ad superos euolaret. Magis id vulgi opinione, quàm quòd quidpiam certi, in re tam ardua afferret, Damascenũ perscripsisse crediderim; vndę eadem facilitate, qua

Traiani Imp. mors, & num eius anima D. Gregorij PP. precibus ex Inferis deinde erepta.

retulit,

retulit, id refellas. Dum in terris agimus, pugnando ad coronam paratur iter. qua conditione quiſque occubuerit, eadem ſtabili decreto manſurus erit. Gregorius præterea quingenteſimum fermè poſt annum à Traiani obitu floruit. Nec inſcius fuit, præclaris virtutibus virum, inſignibus etiam vitijs, turpi præcipuè in adoleſcentes amore, inclytum extitiſſe; eius præterea reſcripto, fideles, vt ſupra memoraui, aſperas toleraſſe pænas. Nec hæc eò dixerim, quòd in re obſcura, ac planè recondita, temerè tanti viri glotiæ obrepere velim. Quis enim pro certo affirmare auſit, Traianum, diuinarum rerum inſcitia potiùs, quàm crimine fideles auerſatum? ſeu quia crimen fuit; illud, cæteraſque animi ſordes deinde deteſtatum, ſuperis acceptum, certo temporis ſpacio pænas luiturum deceſſiſſe. In occulto hæc, humanis Conſilijs imperſcrutabilia, manent. Cineres, in vrbem relatæ, ſupra admirandæ molis Columnam, quæ triumphis inſignis, in pedum centum quadraginta altitudinem porrigitur, in foro à ſe extructo repoſitæ. Traianus Aelium Adrianum ex ſobrino fratre genitum in filium, quia nullus ei filius erat, adſciuerat. Eun-

dem Syriacæ legiones, ad Imperij faſtigium euehunt; nam apud Romanos, quem ſibi milites Ducem ac Imperatorem delegerāt, is vrbis, ac Orbis Princeps, & Imperator erat.

Sub Adriano Imper. IV. perſequutio. ex Seuer. hiſt. 11.

Longè atrociores ſub Adriano exortæ aduerſus Eccleſiam procellæ; nam non vt anteà per Prouinciarum Præſules, Antiſtiteſque, conniuente, ſed ipſo nunc iubente Principe, ferro, armiſque vbique terrarum opprimitur. ſed vt ſemper aliàs, nullo hoſtili furore deprimitur: quò acriùs oppugnari, eò vberiùs propagari videres. Tùm verò protinùs vbique eliminandam Cæſar ſpem induxit, cùm vniuerſas Romani orbis prouincias, perluſtrare eſt aggreſſus; vbique tamen, irrita manente ſpe, parem eſt expertus conſtantiam. Non modò Romæ Euſtachius (hic ante baptiſmi Lauacrū Placidus dicebatur, & Iudaico in bello ſub Tito Veſpaſiano militari gloria apprimè enituerat) Simphoroſa quoque vnà cum viro Getulio, ſeptemq. liberis; ſed paſſim per prouincias, omnis ſexus, omnis ætas, vnanimi ardore profuſo ſanguine, diuinæ veritatis teſtimonium dedere. Vbique terrarum pari diſcrimine res Chriſtiana verſabatur: ſed pari

Euſtachij certamen, de quo Niceph. lib. 3. cap. 29.

Simphoroſæ vnà cum 7. liberis martyrium. ex Martyrol. Rom. ad diem ex Iunij.

gloria

gloria vbique propagabatur. In ingenti multitudine, quæ Dijs immolabatur, paucorum nomen ad nos deuenit. Quò maiori pietatis imagine victima mactabatur, eò iniquiùs cædebantur. Brixiæ, Fauſtinus presbyter, & Iouita Diaconus, Athenis Publius, vbi Præſul, & Epiſcopus erat (hic Melitenæ principem locum habuerat, at Pauli prædicatione, diuinæ fidei arcana edoctus, ad eadem propaganda in Pelepponeſum conceſſerat) Antiochiæ etiam Herus Epiſcopus clari habentur. Hi acriter pro fide dimicantes, ſupremum pro fide ſubière certamen. Sæpe inter tormenta viſum, præclaris miraculis, quę fidei obſcuritare inuoluebantur, enitescere: inde haud mirum ſi non modò fortiter perſiſterent, ſed plurimos inter cruciatus, ad ea quorum cauſſa cruciabantur, pertraherent. Certè dum Fauſtinus, atque Iouita, ſæuis beſtiarum morſibus dilaniandi proijcerentur, feræ beſtiæ humano ſuetæ ali ſanguine, non modò inferre non audent damnum; ſed ad pedes lingua lambentes ſeſe proiecère. Dum feræ miteſcunt belluæ, non ſæuus miteſcit, quin eò magis irritatus gliſcit Adriani furor. Afra Præſidis vxor, Calocerus, alijque

nobiles ex ipſius Cæſaris aula viri, tanto prodigio permoti, dum fidem amplectuntur, pari mortis genere interficiuntur. Poſtremò non modò in homines, ſed in loca inanima, quæ tamen aliquo præclaræ rei geſtæ monumento, religionem fouerent, eò iniquior, quò magis in Deos æquus videri voluit, Aelius Adrianus fuit. Vbi primùm, Ieroſolymam ex recentibus ſub Tito Cæſare ruinis, in priſtinum propè decus erexit, Aeliamque ſuo inſignem nomine appellauit, Caluario in monte, vbi per Chriſtum, cœlum mortalibus reſeratum, Adonidis ſtatuam; Bethleem verò, vbi primùm, tantarum rerum author, humana indutus natura prodierat, Veneris effigiem collocat. Ratus inani cultu, ſolidæ gloriæ monumenta obliteranda. eò magis enituère, quò deterior, magiſque impar comparatio fuit.

Aelius Adrianus Veneris, & Adonidis ſtatuas caluario in monte, atq. Bethleem erigit. ex Dion. in Adr.

In eo turbido rerum ſtatu, Alexander Pontifex quàmſecretiſſime dat ad fideles, in omnes terrarum partes literas; in vrbe verò occultis ſermonibus in incepto confirmare, ad altiſſimam rerum ſpem eleuare nititur. Nec irritus labor manſit Hermetem præfectum vrbis, Quirinum Tribunum,

Alexandri PP. geſta. aquam vino in ſacrificijs admiſceri, aquæ etiam benedictæ vſum inſtituit. ex epiſt. quæ tomo Concil. referuntur, & Damaſo in eius vita.

eiuſque

eiuſque filiam Balbinam, Euangelica luce incendit. Præclaris etiam inſtitutis, præclarum addidit Eccleſiæ decus; inter Miſſarum ſolemnia, non merum, vt anteà, ſed vinum aqua permixtum (nam ex Chriſti in cruce pendentis latere, aqua mixta ſanguini effluxerat) offerri ſacrarique voluit. Ad fugandos verò impuros ſpiritus, mentemq. ab omni labe mundandam, aquam ſale conſperſam, & varijs deprecationibus ſanctificatam, quod Apoſtolica traditione emanaſſe D. Clemens PP. confirmat, vt in Templis, atque cubiculis retineretur inſtituit. His alijſque præclarè geſtis, Eccleſiæ regimini intentus, hoſtiles tandē impetus haud euaſit. ſeptimo ab vrbe lapide in via Nomentana, dum veluti exulem vitam ageret, furentium hoſtium procellis, interemptus cadit. Decem & ampliùs annos, cum imminenti ſibi morte, in Pontificio munere Alexander vixit; vt propterea mors ei miſeriarum finis, felicitatis initium, iure cenſeri debeat. xxv. ab obitu die, Sixtus vir etiam Romanus, & Romanæ virtutis, in idem ſubſtituitur onus, pari ſollicitudine, per totidem annos illud obeundo, pari deinde fortitudine atrociſſimam necem toleran-

S. Clem. lib. 8. Conſt. 35. refert Baron. ad ann. Domini 132.

Sixtus Alex. ſuccedit in Pō tif. munere.

do,

do, pari gloria ad ſuperos conuolat. Dum ſpiritus in cœlum rapitur, corpus in Vaticano conditur. Ita duo ſummi Eccleſiæ Pontifices, atque paſtores, ſub vno, eodemque Principe, non abſimili morte, non abſimili gloria, finem in terris fecere.

Eodem quo Sixtus deceſſit anno (qui quadrageſimus ſupra centeſimum à Chriſti ortu fuit) Adrianus Cæſar apud Baias vita fungitur. Cineres in admirandæ molis mauſoleo, quod Aelio Vero propè Tiberim amnem erexerat, conditæ. In formam deinde arcis à poſterioribus Pontificibus redactum, pro tutiſſimo vrbis propugnaculo habetur.

Adriani Cæſaris tumulus, ſeu mauſoleum, hodie arx ſancti Angeli.

Antonius cognomento Pius Adriano in Imper. ſuccedit.

Antoninus, quem ſibi Adrianus ob altam indolem, generum ſumpſerat, & in filium adſciuerat, ad Imperij culmen euehitur. hic tam tranquillè, pacatèque, ea fide, clementia, iuſtitia, per xx. & ampliùs annorum ſpacium, orbem tenuit, vt non abs re, Numæ Pompilio comparatus, & Pij cognomentum obtinuerit, & Pater Patriæ ſit appellatus. Rediere ſub optimo Principe tranquilliora Eccleſiæ tempora, eò optatiora, quò iniquiora, ſęuioraq. magis, proxima fuerant.

Nunquam per otium, vlla tranſijt Eccleſiæ ætas. Dum foris ab hoſte eſſet quies, inteſti-

teſtinis ſeditionibus, hæreſibuſque agitari cæpta. Pluribus ſeditionibus, plures eò pernicioſiores, quò magis veritatis, pietatiſq. imaginem præferrent, duces; tam longè à Chriſti cultu, fideque erant, quàm apertè ea profitebantur: in ſuum quiſque ſenſum, abdita diuinarum rerum arcana trahentes, in anceps de ſummo rerũ diſcrimen, Eccleſiam deducunt; diù propterea tumultuatum. Diuerſis è terrarum partibus, diuerſis, ſeu placitis, ſeu figmentis in vnam, eandemque Chriſtianæ rei perniciem erupère. In Aegypto Valentinus acri ingenio, & prauè facundus; in Phrygia Montanus, magicis artibus præpollens; in Ponto Marcion conciliata inani virtutis ſpecie, probitatis ac ſanctitatis fama; in Syria Saturninus, vnà cum Baſilide, atque Carpocrate Alexandrinis viris, viam libidini, ac voluptati aperiendo, gratiam apud iuuentutem adepti, turbas diuerſis conſilijs, longè diſſitis artibus concitando, pari pernicie, non abſimili facinore prodière. Nec longè, Saturnini, ac Valentini artes diſpares; nouo ſacrificandi ritu, ſceleribus Numen obtendendo, mulierum, iuuenumque choros, nocturnis cætibus ciebant. Eos cùm ad mutuum amo-

Valentini, Mõtani, Marcionis hæreſes.

amorem, vtque ſigna charitatis inter ſe darent, hortati eſſent, in locum qui carminum cantu, ſymphoniæ, cymbalorum, ac tympanorum pulſu circum ſonabat, deducunt. Ibi noctis etiam licentia accenſi, per luxum, cum tripudijs, ſolemnique ſaltatu fœminis mares intermixti læti diſcurrentes, apparebat, quòd quò plura blandimẽta alter alteri præſtitiſſet, eò maiori cum gaudio ſuperis, in quorum honorem ea ſacra inſtituerentur grata, acceptaque forent. Nec ſolùm permiſſa, ſed laudata etiam videbatur Veneris ſatietas. Voluptas allicit, gliſcit libido, idem inter omnes ſtudium, ad quod proni mortalium ſenſus, omnium concordiam facilè parat; eò proceſſit, vt vniuerſum Aegyptum, atque Syriam inficeret. Non modò promiſcuè fæminarum corpora, ſed ager, domus, domeſticæ copiæ, omnia inter omnes communia erant; iactabantque eo ritu, ea vitæ conſuetudine, ad primæuam vnitatem, qua ſub Apoſtolis floruerat, Eccleſiam redijſſe. At maiores noſtros charitatis vinculum, illos vero libidinis amor ſociabat. Addebant prorſus irridendam martyrum toleratam necem: neq. etenim ſuperis lætũ, vitam, qua eorum dono fruimur, tàm facilè effundere.

Cum

Cùm in ſenſuum illecebris ſatis eſſent concordes, in eo quod longè ab humano ſenſu remotum habetur, Saturninus, ac Valentinus concordis ſocietatis authores, diſcordes erant. Ille è cœlo deſumptam, detuliſſe humanam formam; hic vero apparuiſſe tantùm ſub ea, Chriſtum Ieſum vulgabat; vterque tamen vtraque via, impaſſibili corpore Chriſtum conſtituendo, dabant errori, ac voluptati fomentum. In tanta errorum caligine, Gnoſticorum tamen nomine, ac ſi omnia noſſent, barbaro vocabulo decorabantur.

Gnoſtici hæretici.

Longè alia, Montano ad plebis ſtudia concilianda, morum via; vitæ diſciplina ſeuerus, adeò temperantiam dictis factiſq. extollit, vt ſecundas nuptias procul amouendas, primas verò, etſi ſine vlla labe contraherentur, diſſoluere tamen longè præſtantius, ſanctiuſque, ac cœleſtibus quàmſimillimum fore dictitaret. Hæc ad fallendum ſimplices, rudeſque animos iactando ſemina, Priſcillam, atque Maximillam nobiles diteſque fæminas, à viris abduxit, ſibique conciliauit. Addiditque dictis fidem, magicis, quibus præpollebat artibus; ijs inſtructus, futura longè ante præuidendo nunciat,

Montani hæreſes, cuius ſectatores Cataphygæ, eò quòd in Phrygia ortum habuerint, dicti ſunt.

nunciat, admirandaque alia edendo prodigia, ingens mortalium agmen poſt ſe trahit. Ita quos Valentino, ac Saturnino authoribus, ſenſuum illecebræ non traxerant, inanis ſanctitatis imago decipit. Eò tandem furoris, ac amentiæ, Demonum agitatus ſpiritu, Montanus deuènit, vt vulgò iactando promeret, Spiritum Paracletum, à Chriſto Domino ad cœlos redeunte promiſſum, nuper ſuæ, Priſcillæ etiam, ac Maximillæ mentibus illapſum, magnalia reſeraſſe. aliud propterea, veluti quo longè maiora reſerarentur arcana, conſcribere auſus de Chriſto Euangelium, longè maiora Poetarum more protulit fabuloſa figmenta.

Montanus, aliud conſcribit de Chriſto Euangelium.

Non abſimili via Marcion, longè, lateq. Ponti religiones inficit, pari ſanctitatis imagine, par error, doluſque irrepit; noua etiam, ne minus ingenioſa per eum inuenta viderentur, adijciebat figmenta. bipartitum inter duo Numina, rerum Imperium; ab altero corporalia, quæ ſub humanum cadunt ſenſum, ab altero verò inuiſibilia, quæ ſola mentis acie attinguntur, regi. Ab illo Mundum conditum, legemque humanum in morem per Moyſem vatem mortalibus datam; per hunc verò Euangelium, quo ſe

Marcionis hæreſes.

ad

ad altiora magis, ac penè diuina, humana mens eleuet illuxiſſe, mortaleſque ad deteriora degeneres reparatos. Eo breui confinio veritatis, & falſi, veritas eliminabatur; proniùſque falſa, verborum delinita lenocinijs, quàm vera, pronis ad errorem mortalium mentibus, inſerebantur.

Tot, tantæque circumfuſæ hæreſum caligines, ne penitùs ab vniuerſo propè terrarum orbe, Euangelij eliminarent lucem, Polycarpus, Iuſtinus, Ireneus, & conſtanti prædicatione, & varijs editis libris præſtitère. Horum inſigni virtute, quò acriùs oppugnabatur facinus, detegebaturque error, eò obſtinatiùs erroris duces, facinus tuebantur: nec tandem aliud remedium viſum, ad obſtinatam molliendã perfidiam, quàm Romani Pontificis, cuius authoritate tantum diſcrimen dirimeretur, iudicium appellare. Teleſphorus tùm Petri tenebat in vrbe ſedem. Eum Polycarpus, Iuſtinus, atque Ireneus conſulunt: nec cunctatus Pontifex, cæteros, cum quibus diſputatio, ac contentio inienda erat, aduocat. Mirum fuit, quòd viri ſueti legem cæteris dare, ad Pontificem legem accepturi conuenirent. Vbi vnà ex varijs terrarum partibus conuenere;

Ad Teleſphorum PP. Valentinus, & Marcion, alijq. hæreſum magiſtri iudicium iubituri conueniũt. ex Iren. lib. 3. cap. 3. Tertul. l. 1. cont. Marc.

nère; ſcribunt Ireneus, alijque authores, tàm appoſitè Pontificem verba feciſſe, vt protinùs Marcion, Valentinus, cæteriquè hæreſum duces, ac magiſtri, Pontificis diſcipulos, ac aſſeclas ſe impoſterum fore dictitarent. At ſubdolis viris, vrbem egreſſis, ſubdolum redijt ingenium. maiori ſollicitudine veteres inquirunt clientes, propagantque hereſes. Non tot præclarorum virorum monita, non Pontificis ſummi, ſumma authoritas, non nuper data Romæ fides, nil denique ad tantum ſedandum malum proficit; ſola tandem temporis diuturnitas, eas detexit, ac eliminauit caligines; ſolus temporis decurſus, clarum, compertumque fecit, quòd ſicuti Euangelica lux diuinitùs è cœlo delapſa, firma, ac ſtabilis ſemper manens nunquàm ſeneſcit, ſed æterna habetur; ita cætera humanitùs conquiſita figmenta, certis annorum periodis finiuntur.

Teleſphorus natalem Chriſti diem, triplici ſacrificio recoli inſtituit, ex ſcriptor. in eius vita.

Teleſphorus interim pleraque æquè in cœlites piè, ac in homines ſalubriter, quæ hodie quoque inuiolabili retinentur cultu, conſtituit. Chriſti redemptoris natalem diem, non modò anniuerſaria celebritate, ſed ad triplicem humani generis ſtatum eodem authore reparatum recolendum,

triplici

triplici incruento ſacrificio recoli voluit; ſemel, medijs noctis tenebris, vt cæca illa caligine, humanæ naturæ ſub naturali lege obſcurum, atque imbecillum lumen indicaretur; iterum ad primum ortum ſurgentis auroræ, vt ea ratione per legem Moyſis, potiùs obumbrata, quàm penitùs reſerata diuina myſteria arguerentur; tertiò demùm cùm ſe clarè ſolaris lux per cœlum, orbemq. diffundit, vt ita clarum, manifeſtumque fieret, ſolo Chriſti aduentu, lætam affulſiſſe diem, ſalubre vniuerſis gentibus illuxiſſe humanæ reparationis ſydus.

Iam verò ſolemne Paſchatis feſtum, præuio xL. dierum ieiunio, ab ijs qui ſacris ſe deuouerint munijs, (clericos à græco ducto vocabulo appellant) celebrari lege ſanxit. Lex ſuapte natura aſpera, ac difficilis, mirum quanta animi propenſione accepta; non modò clerici, quibus iniungebatur, ſed promiſcuè omnis ſexus, omnis conditio, pa. ri recepit cultu. Ita qui nulla lege ad id obſtringebantur, vſu ſe, ni fortè ætas, aut valetudo impediat, obſtrictos voluere. His atque alijs gloriosè editis operibus, poſt quàm vndecim ferme annos, menſes tres, Eccleſiam rexiſſet, finem viuendi Teleſpho-

Teleſphor. PP. quadrag. ieiun. inſtituit. ex lib. de vit. Pōt. & Euſeb. in chron. ad annū 136. & refert. in c. Quadr. & c. deniq. diſ. 5. Id tamen, ita intelligendum vt ſept. hebdomadam addiderit. vide D. Ambr. in lib. ſerm. nam abſolutè tale ieiunium, ex Apoſtol. tradit. emanaſſe videtur, habetur enim in can. 68. Apoſt. & D. Hieron. epiſt. 54. ad Marcell.

Digitized by Google

Teleſph. patria ex Ciaconio in vit. Pontif.

rus fecit. Ortus eſt Thurij, quod eſt inter amnē Cratem, & Sibarim, Calabriæ oppidū, vetus Græcorum colonia. Corpus in Vaticano iuxtà Petri cineres conditum. Septimo ab obitu die, Higinus Athenienſis, Pontifex acclamatur. Quadriennio ſumma tranquillitate fideles rexit; nihil turbidum, aut diſcors; domi, foriſque Higino gubernante tranquilla, pacataque omnia. Inde non ferro interemptum, ſed morbo abſumptum, vel ſenio confectum, cum Onuphrio Panuinio crediderim; nam ij, qui martyrio eum obijſſe tradunt, non ſatis conſona, ad pacata Higini tempora loquuntur. Sæpè etiam latiori vocabulo, martyres, qui aſperas pro fide, etſi non vſque ad extremum exitium, pœnas tolerauère, apud antiquos ſcriptores appellantur; nec improbabiliter in eo numero Higinus fuit. Corpus in Vaticano conditum. Extant hodie præclara eius inſtituta, refertque Gratianus diligens decretorum compilator.

Higinus Teleſphoro ſuccedit.

Anno à Chriſti ortu centeſimo quinquageſimo octauo, Pius Italus patria Aquilienſis, prima Pontificatus ſpacia, dum pacata, tranquillaque eſſent omnia, ingreditur. Tùm primùm in vrbe ſuperſtitionibus obnoxia,

Pius Papa.

noxia, publicè Templa Christianę religionis ritu erigi cępta. Via Patritia eadem domus, vbi primùm Petrus ex Palestina adueniens à Pudẽte Senatore hospitio acceptus, Euangelicam diffundere lucẽ cæpit, solemni cultu in Templum erigitur; æquum erat, vt quæ prima religionis coruscarat initijs, prima quoque diuinis decoraretur munijs. Huic perficiendo operi, Hermen germanum fratrem, præficit Pontifex. Dùm maximè operi esset intentus, ne tam sacrosanctis inceptis, cœleste Numen deesse videretur, Angelus è cœlo delapsus, pastoris formam, habitumqne gerens, sacros ritus, sacras cæremonias edocet, diemque certum, quo solemne Paschatis festum celebraretur indicit; nam plerique Mosayco more, XIV. Luna post hyemale æquinoctium, quacumque die ea incidisset, concelebrabant. Ea certa, quam Angelus indicauit diem, prima post sabbatum fuit. Quales deinde motus, seditionesque ex varia Paschatis celebratione in Asia; mox per totum Orientem deinde exorti, in tempore memorabo. Nunquam tranquilla dies, sine vllo turbido motu, Ecclesiæ fuit. Principe pacem concedente, Præsulum, Antistitumq. furor, quin

Templũ, quod vulgò Pudentis & Pudentianæ dicitur, primũ omnium Romæ erectum. ex vitis Pontif.

Martyres sub Antonino Pio.

Digitized by Google

aliquo facinore erumperet, haud diutiùs ſe continet. Alexander Epiſcopus via Claudia xx. ab vrbe lapide, Spoleti, Pontianus, multique alij fortes viri, per prouincias acriter pro fide dimicantes, cadunt. Id verò diuino incenſus zelo, ægrè ferens Iuſtinus, vir diuino eloquio apprimè facundus, Cæſarem adit, diſertaque oratione, quam poſteà ſcriptam edidit, euicit, vt publico edicto, fidelium incolumitati conſuleretur. Edicti exemplum in calce orationis typis impreſſum, hodie quoque extat.

Iuſtini ad Cæſarem oratio.

Cùm vbique terrarum Cæſaris præconio pax data eſſet, miris incrementis res Chriſtiana propagata augeſcit. Ita varijs, modò inter aduerſa ſanguine parta, ſanguine propagabatur fides, modò inter proſpera, dato fidelibus, quo à diutina fatigatione reficerentur ſpacio, æquè Eccleſiæ ſe extollebat decus. Duos & viginti annos, quantùm nunquàm ante aliàs, ab armata hoſtium pertidia, in Eccleſia quies; nam etſi exorti eo temporis ſpacio turbidi aliquot motus, protinùs Principis reſcripto repreſſi. totidē annos, Antoninus Imperium ſumma tranquillitate, domi, foriſque pace parta tenuit; ſenio confectus deceſſit, cum M. Antonium,

M. Anton. Imper. cognom. Philoſophus.

qui

qui ob morum & doctrinæ elegantiam, philoſophi cognomentum obtinuit, in filium, ac ſpem Imperij adſciuiſſet. Nec hic pacis artibus, patre inferior, belli gloria ſuperauit; in bellis diù occupatus, ingenti enituit gloria: Parthos primùm in Oriente, mox in Occidente tumultuantes Marcomannos, ac Sarmatas, proſpero prælio deuicit; vtroque in bello militari operi intentus, per nouem fermè annos, quinque in Oriente, quatuor in Occidẽte, inuicti Ducis exercuit munia.

Principe armorum, bellorumque diſtracto curis, Præſides ad inermem, mitemque Chriſti gentem eliminandam intenti erant. Nunquàm aliàs Chriſtianum nomen, ferociùs exagitatum, nunquàm aliàs gloriosiùs elatum. Vbique terrarum exquiſitiſſimis pœnis fideles afficiebantur, nullo tamen terrore inuicti eorum animi deprimebantur. Ingens fuit certantium numerus, paucorum nomen ad nos deuenit. Polycarpus Smyrnenſis Epiſcopus, Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus, ac alumnus, mox totius Aſiæ magiſter, & doctor, in ignem coniectus crematur. In Gallijs apud Lingones, gemini fratres Speuſippus, ac Mauleſippus in arbore diſtenti, inde in ignem præcipiti lapſu

Sub M. Anton. Imper. quinta Eccles perſecutio.

Polycarpi Smirnen. Epiſc. certamen de quo Euſeb. 4. hiſt. cap. 15.

Speuſippus, ac Mauleſippus martyres. ex Rom. martyr. ad diem 17. Ianuar.

conie&ti, flammis illæſi manent; nec longè poſt ad ſuperos conuolant. Horum animis Polycarpus per Andochium, Teriſum, atq. Benignum, quos ad Euangelicum propagandum nuncium è Smyrnis in Gallias delegarat, perennis gloriæ poſt ſtrenuum certamen ſemen iniecerat. Lugduni etiam, Photinus ibidem Præſul, ac Epiſcopus, in Syria victor, eiuſque vxor Corona, in Ponto Hermias, conſtantia mortis haud indignos Chriſtiano nomine ſe præbuère.

Aucta etiam hoſtilis perfidia, auctus hoſtilis furor, ob peſtilentem exortam ea tempeſtate luem. Ea de re conſulti, vt mos apud gentes erat, augures; ſpretum Deorum cultum, nouam ex Iudæa ſuperſtitionem, hæc aliaque imminentia mala, à ſuperis concitaſſe reſpondent. Hoſtile eorum, quibus nulla fides, teſtimonium, pro oraculo, apud eos, qui paris infidelitatis erant, fuit; itaque cùm non aliter, niſi credentium ſanguine, cœleſtium placari poſſe iras crederetur, innoxium effundendo ſanguinem, ſuperis obſequium, pinguem Dijs victimam immolari rebantur. Apud Ambroſium, alioſque celebres authores inuenio, quòd cùm Auſtaſius legionum Præfectus, aduerſus

Geruaſij, ac Prothaſij mart. rium. ex S. Ambroſ. apud Surium ſub die 29 Iunij.

ſus Marcomannos bello certaturus, Mediolano pertranſiſſet; accepto reſponſo, niſi geminos fratres Chriſti cultu obnoxios, Dijs immolaret, haud rediturum; gemina perquiſita in exercitu prole; Geruaſium, ac Protaſium, quas Valeria mater, vno, eodemque partu ediderat, flore ætatis, pro ſua, exercituſque incolumitate immolaſſe. Ita impietate facinoris, vt noxios expiet, innocens victima mactatur. Cùm per ignota etiam capita ſæuiretur, haud mirum ſi tandem in Pontificem, qui cæterorum caput, ac Princeps erat, ſæuitum fuit. Pontificatus anno XI. Pius, impiè interemptus cadit.

Valeria Geruaſij, ac Prothaſij mart. vnà cum viro Vitali martyrium ſub Nerone toleraue-rat.

In eo turbido rerum ſtatu, Iuſtinus cuius authoritate, vt ſuprà memoraui, hoſtiles ſæpè anteà ſedati impetus, Senatum adit. Diſerta oratione, ingentique ardore Chriſtianæ rei cauſſam cùm egiſſet, concitatum in alios furorem, in ſe auertit; è Senatu egreſſus, impetu populi interijt. Erat ea tempeſtate nobilis virgo è Senatoria familia, Praxedes nomine; hæc cum multùm opibus, generiſque nobilitate in vrbe poſſet, ingens fidelium agmen domi, quæ in Exquilino monte in Templum erecta hodie extat, fo-

Iuſtini martyr. mors.

Praxedes Pudẽtis Senat. filia, domi quæ in Templum erecta hodie extat fideles fouet. ex Actis eius apud Paſtor. presbyterum.

uendo, occultisque latebris tegendo, ne penitus Christianum nomen interiret effecit. Ibi fideles pastore, ac patre orbati, præcibus, multisque cum lacrymis Anicetum natione Syrum, in Pontificem, ac parentem, depoſcunt. Nouem fermè, seu vt alijs placet, annos XI. inter hostiles furores, Ecclesiæ regimini intentus fuit; tandem martyrio clarus, anno salutis 175. occumbit. Tum alia salubriter, tùm præcipuè modesto clericorum cultui consultum volens, ne comam nutrirent lege sanxit; Episcopos verò, non à paucioribus, quàm à tribus eiusdem ordinis viris, tanto muneri deuoueri, *Aniceti* institutum fuisse nonnulli scribunt. Id tamen diù ante ab Apostolis emanasse, Canones Apostolorum non leuiter indicant.

Anicetus PP.

Anno à Christi ortu 176. insigni beneficio immane facinus fideles rependunt. Fortè apud Carnuntum iuxtà Danubium flumen, & Hercinium saltum, Romanus miles vndique à Marcomannis, ac Sarmatis circumsectus, ingenti per multos dies, noctesque fatigatus siti, propè erat, vt totis distenti campis occumberent. Non ferro, armisque, occlusis vndique vijs, quà sibi aditum patefacerent, vlla spes erat. Omni

Romanę regiones, Fidelium precibus, ab imminenti exitio liberantur. ex Tertull. in Apolog. c. 5. ex Dione etiam Ethnic. scip. in M. Aurelio, licet id magicis artibus adscribat.

humana

humana deſtituti ope, cùm Cæſar, ac miles auitos, patrioſque Deos crebris votis, ac execrationibus fruſtra deprecati eſſent; protinùs veri Numinis, Chriſtique enituit gloria. Fidelium manipulus, qui in Romanis caſtris militabat, vix ſupplices ad cœlum erigit palmas, cùm ſtatim viſum eſt ingenti cœlum operiri nimbo, crebriſque micare ignibus æther; mox in ſitientem militem aquarum effundi imbrem, ſimul aduerſam hoſtium aciem, crebris è cœlo cum ingenti ſtrepitu, ac terrore deiectis fulminibus, turbari, locoque cedere. Tum Cæſar commouet aciem; magnaque cum hoſtium ſtrage, victoria eò maiori cum gaudio, quò propè metum res fuerat, potitur. Tradidere id non modò ex noſtris Tertullianus, ſed ex Ethnicis ſcriptoribus, Dio, licet ſuperſtitioni obnoxius, magicis id artibus referens. Victoriam in tanto rerum diſcrimine, cœleſtium dono impertitam fidelium precibus ſenſit Cæſar; inde beneficium beneficio rependens, ampliùs vexari edicto prohibet. Vrbem deinde triumphans ingreſſus, in admirandæ molis columna, quæ hodie Principis inſignita nomine extat, tùm alia præclarè domi, militiæque geſta; tùm præcipuè in tantæ

Extat Edicti exemplum in Calce Apologiæ Iuſt. mart. ad Anton. Piũ.

Digitized by Google

tantæ rei memoriam, Iouis effigiem imbrem fundentis, ac fulmina in aduerſa caſtra iaculantis, deſcribi voluit: nam ſemel ſuperſtitione imbutus animus, etſi diuinam vim perſenſerat, ad huc tamen inani Iouis tegebat nomine.

Sother PP. Eodem anno, Sother patria Fundanus, Aniceto ſubrogatus, prima Pontificatus ſpacia ingreditur. Quadriennio vbique terrarum Principis reſcripto pace parta, ſumma tranquillitate Eccleſiã rexit. Multa ad diuini cultus decorem aptè inſtituit; vetuit, ne dum ſacra concelebrarentur, fæminæ thus propinarent, neue ſacrata vaſa attingere auderent; ſacra verò niſi ante omnem cibum, potumque obiri noluit; nam anteà inter communem cibum, potumque, vt libro primo expoſui, ſacræ admiſcebantur epulæ, magiſque vacuo à crimine animo, puraque mente, quàm à cibo, potuque ieiuno corpore, accedebant. Quò magis ab Apoſtolis remotior ætas, eò minùs feruens virtus, futura videbatur. Inde illibatæ menti, ieiunum corpus, vt ita magis ad diuina eleuaretur animus, accedere iure Pontifex voluit. Ea præterea die, quæ in memoriam Dominicæ cænæ, anniuerſaria celebritate

britate recolitur, omnes quoſcumque fideles, ad ſacram menſam accedere, ibique ſub panis, vinique ſpecie ac imagine, ſolido vitæ pabulo, quod è cœlo deſcendit, ibidemque latere fides docet, refici inſtituit. His, alijſque præclarè editis operibus, anno ſalutis 179. vita fungitur. Eleutherium patria Nicopolitanum, ſucceſſorem in Pontificia habuit ſede.

Iamque cùm à diutina Principum, gentiumque inſectatione, Eccleſia quieſceret, mirum in modum per omnes terrarum oras, ingenti ſeſe diffundebat gloria. Id altiùs coniectantibus, cœleſte aliquod Numen, tantæ rei intereſſe ſuadebat; qua etenim, niſi ſuprema aliqua, diuinaq. prorſus ope, inermis gens, per centum, & ampliùs annorum ſpacium, tot Principum, tot gentium furorem non ſolùm effugerit, ſed planè ſuperarit? Quid quòd acerrimè ſemper vbique terrarum oppugnata, non modò non expugnata, ſed magis propagata augeſcat? profectò plus quàm humanum animi robur, gentem eam, quæ neque vlla præmiorum ſpe, neque vllis tormentorum minis flecti vnquam potuerit præ ſe gerere. Quid quòd inter tormenta mox morituri, alacres veluti

ad

ad ſuperos conuolaturi ſpectentur ? quid exortum nuper inter Germanicas legiones prodigium ? cùm fidelium precibus , ſubitò exorta cum magno cœli fragore tempeſtas, non ſolùm affatim ſitienti Romano militi, aquarum imbrem dedit , ſed crebris fulminibus,ingentique terrore protinùs hoſtem diſiecit,fugauitque.Profectò hæc niſi *fatali*, cœleſtique Numinis vi,haud contingere. Hæc atque alia eòdem pertinentia Lucius Britanniæ Rex, animo voluens, mirum in modũ Euangelicæ lucis amore exardeſcit . Abijciendum inanem Deorum cultum, Regnumque cœleſtibus Chriſti imbuendum inſtitutis ratus , per nuncios , legatoſque tanta in re, Romani Pontificis opem rogat. centeſimus octuageſimus tertius à Virginis partu tùm peragebatur annus. Eleutherius Pontifex , vbi nuncios tàm læta referentes audiuit , ingentes ſuperis gratias rependit; mox ſupplicatio per ſacella, & aras, vt tam lætis initijs , lætiores euentus cœlites darent, diù , noctuque , (ita etenim Pontifex edixit) habita . His ritè peractis , miſſi ad Regem Fugatius,ac Damianus diuinitate eloquij conſpicui viri. Haud facilè dictu eſt, quàm breui, horum conſtanti, ardentique prædi-

Lucius Britanniæ Rex Euangelijilluſtratus luce , Legatos ad Eleutheriũ PP.interReges p. Romam mittit,anno Domini 183. ex ſcript. in vita Eleuther.

Fugatius , ac Damianusin Britaniam ab Eleuth.PP.delegantur.

Digitized by Google

prædicatione, Euangelica lux per amplum, latumque Britanniæ Regnum ſeſe diffuderit. Manebant tùm quoque in Anglia, licet hoſtili perfidia, temporis decurſu propè obliterata, Euangelicæ legis veſtigia: nam vt primo libro memoraui, dum naſcentis Eccleſiæ primordia, Ieroſolymis hoſtium perfidia fluctuarent, Ioſeph ab Arimatia, hoſtilem effugiens impetum, Maſſiliam vnà cum Martha, ac Maria Magdalene migrat. Inde nauigio impoſitum, in Angliam, quæ Britanniæ pars eſt, appuliſſe, eodemque Euangelij intuliſſe lucem, Anglorum annales perhibent. Quanto deinde ardore, ſemel acceptam fidem, cæteri poſt Lucium Reges coluerint, vel illud eſt inſigne argumentum, quòd Romanæ Eccleſiæ, vnde religionis agnoſcebant initia, vectigales ſe, Regnumq. conſtituère. Ina Rex, primus omnium ſedente Gregorio III. id piè, ac magnificè præſtitit; ſequutique poſteri; haud mirum ſi inter cœlites hodie plerique eorum venerentur. Nec populus renuit; ſingulæ familiæ ſingulos argenteos in ſingulos annos (D. Petri denarium vulgò appellauère) perſoluere inſtituerunt; conſtituebantque Pontifices Romani, peculiarem ad eam largitatem accipien-

Angliæ Regnũ vectigale conſtituitur ab Ina Rege. ex ſcript. in vita Greg. III. & Polydoro Virgilio, qui fuit Quæſtor in eo Regno pro Rom. Eccleſ.

Digitized by Google

cipiendam quæſtorem. At proxima exacta ætas, longè degener fuit; ex optimo rerum ſtatu, in deterrimum Henrici Regis contumaci ingenio, Regnum delapſum; Romanam Eccleſiam, quam antea maiores, vt filij piè, largiter coluerant, fouebantque, poſteri hodie, vt hoſtes acriter inſectantur; vt planè quanta anteà pietate, ac fide, cæteras Chriſtiani orbis prouincias Anglia anteibat, tanta nunc peruicaci obſtinatione antecellere videatur. Magiſque cum nouatoribus errare, quàm cum maioribus benè ſentire voluère.

M. Antonij Imper. mors.

Eodem anno M. Antonius Imperator vita fungitur. Bello aduerſus Marcomannos, aliaſque barbaras gentes intentus, decem & nouem fermè annos, hoſtile ferrum expertus, victor rediciat; cùm Bendobonæ vi morbi aggreſſus, cecidit. Summo militum mærore celebratum funus; nec aliud leuamen, ſolatiumque fuit, quàm, vt filius licet iuuenis, in paternum tolleretur faſtigium: eodem die, ijſdem in caſtris Commodus militari fauore Imperator conſalutatur. Cæterùm longè alia ei, ac patri, morum via; nullis bonis artibus clarus, ſæuitia, ac libidine inſignis fuit. Par inertia, atque

Commodus Imper.

deſi-

deſidia inter mulieres, iuueneſque tùm primùm pubeſcentes ætatem agendo, eas dotes, comitabantur. Scribit Lampridius trecentas ſpecie, ac venuſtate præclaras fæminas, totidemque delectos adoleſcentes in delicijs habuiſſe, domi certè fouiſſe. Ea imbelli conſuetudine delectatus, decem fermè annos, quibus rerum potitus eſt, animi magis intemperantiam effudit, quàm orbem imperando tenuit. Eo regnante nihil crudele, aut aſperum in Chriſti gentem; tranquilla pace Principis magis deſidia, quàm ſtudio, Eccleſia fruitur. Eleutherius interim, Eccleſiæ propagationi intentus, Lucium Britanniæ Regem in incepto confirmat; Montani, ac Marcionis, per Gallias graſſantes hæreſes, longè propellere aggreſſus, Ireneum Polycarpi diſcipulum, & alumnum, inſigni doctrina, rebuſque geſtis clarum, in eas regiones delegat. Is Lugduni, vbi Præſul, ac Epiſcopus fuit, ſedem capiens, magno cum fidei incremento irrepentes eliminauit caligines.

Ex Lamprid. in Commodo.

Eleutherio Eccleſiam regente, ſacrarum literarum Oracula, ex hebraico idiomate, quo diuinitùs data accepimus; Theodotionis Epheſij ſtudio, in græcam linguam tranſlata.

Theodotionis tranſlatio. Alia item, quæ 70. interpretũ dicitur, contigit 281 annos ante Chriſti natalem. ex Euſeb. in chron.

Digitized by Google

ſlata. In idem tamen opus, quingenteſimum circiter ante annum, ſeptuaginta duo, ſeni ex ſingulis Tribubus delecti, ac à Ptolomeo Rege Aegypti, Alexandriam conuocati viri, acri ſtudio, inclyta gloria inſudarant. Ea in re, illud admirabile à pleriſq. traditur; ſingulos ſeorſim è ſingulis cellulis, in eandem non modò ſententiam conueniſſe, ſed eadem planè verba interpretando protuliſſe. Ego tamen apud Ioſephũ, qui primus omnium rem geſtam ſcripſit, id non inuenio, eademq. ex cauſſa apud Hieronymum accuratum authorem, fidem non obtinuit. Non abnuerim, magnæ ſemper authoritatis ſeptuaginta illorum virorum iure habitam interpretationem. Qui primus ex græco, in latium ſermonen verterit, haud ſatis liquet. Illud ſatis conſtat, D. Hieronymum eruditione, ac vario linguarum genere præclarum, Damaſi Pontificis hortatu, eam latinam interpretationem, in qua ſeu dolo, ſeu inſcitia (vt plerumque) irrepſerant menda; ingenti ſtudio, nec minori gloria cum hebraicis literis collatione facta, in priſtinum, germanumque reſtituiſſe nitorem. Ea Romana hodie vtitur Eccleſia, & vulgatæ nomen, vt multis noſtra ætate

Apud Ioſeph lib. 12. antiq. cap. 11.

Cardi.

Quibus Antonius respondit. Ego
Antonius Imperator Romanorum
Regnum Ægyptum Cassio Imperatori
Romanorum dono. Et ut Cassius
Imperator Romanorum Regnum Ægyptum
habeat, ego Antonius Imperator
Romanorum Regnum Ægyptum
Cassio Imperatori Romanorum dono.
Et ut Cassius Imperator Romanorum
Regnum Ægyptum habeat, ego Antonius
Imperator Romanorum Regnum
Ægyptum Cassio Imperatori Romanorum
dono. Et ut Cassius Imperator
Romanorum Regnum Ægyptum habeat,
ego

reſtituere parat. Medijs inceptis, inſigne interuenit facinus. Lxxxv. Imperij die, inſidijs Læti, atque Didij Iuliani è medio tollitur. Iulianus, qui vi, ac per dolum Imperantem ſuſtulerat, haud melioribus artibus Imperare molitur; auro, argentoq. militum corrumpit animos. Horũ fauore Imperator con ſalutatur. Malæ quærendæ dominationis exemplũ, breui in ſeipſum eſt expertus. Lx. poſt diem à militibus, qui in Pannonia Septimium Seuerũ natione Punicum, ſtrenuum ac clarè ortũ virum, in Imperatorẽ depoſcerant, vrbẽ ingreſſis interficitur; rependiturq. iniuſtum facinus, æquiori facinore; quique per aurum irrepſerat, ferro eliminatus fuit.

Eccleſia ea tempeſtate, per omnes terrarum oras diffuſa, propagataque ab exteris hoſtium inſectationibus tranquillè pacatèque degebat; vt non abs re Tertullianus, qui ea tempeſtate floruit, vniuerſum orbem iam impleſſe gloriando ſcripſerit.

Ex Tertull. in Apol. aduerſ. gentes.

Nec multò poſt (nam nulla tranquilla dies, ſine turbido aliquo motu Eccleſiæ fuit) inteſtinis ſeditionibus, dùm quo potiſſimùm tempore Paſchæ feſtum celebrandum eſſet, haud ſatis conuenit, agitari cæpta. Victor tùm natione Afer, Romanæ præſidebat Ec-

Concilium ſub Victore PP. de Paſchatis celebratione. ex Euſeb. 5. hiſt. 24.

cleſiæ

Gold Rings. — Gold rings are worn by the Arabs of both sexes, and by the Jews, but not by the Turks. The Arabs wear them on the little finger of the right hand, and the Jews on the little finger of the left hand. The Arabs wear rings of gold, silver, and brass, but the Jews wear only gold rings. The Arabs wear rings with precious stones, and the Jews wear rings without precious stones. The Arabs wear rings with engraved figures, and the Jews wear rings without engraved figures. The Arabs wear rings with Arabic inscriptions, and the Jews wear rings without inscriptions. The Arabs wear rings with the name of the owner, and the Jews wear rings without the name of the owner. The Arabs wear rings with the name of the maker, and the Jews wear rings without the name of the maker. The Arabs wear rings with the name of the city, and the Jews wear rings without the name of the city. The Arabs wear rings with the name of the country, and the Jews wear rings without the name of the country. The Arabs wear rings with the name of the year, and the Jews wear rings without the name of the year. The Arabs wear rings with the name of the month, and the Jews wear rings without the name of the month. The Arabs wear rings with the name of the day, and the Jews wear rings without the name of the day. The Arabs wear rings with the name of the hour, and the Jews wear rings without the name of the hour. The Arabs wear rings with the name of the minute, and the Jews wear rings without the name of the minute. The Arabs wear rings with the name of the second, and the Jews wear rings without the name of the second. The Arabs wear rings with the name of the century, and the Jews wear rings without the name of the century. The Arabs wear rings with the name of the millennium, and the Jews wear rings without the name of the millennium. The Arabs wear rings with the name of the eon, and the Jews wear rings without the name of the eon. The Arabs wear rings with the name of the era, and the Jews wear rings without the name of the era. The Arabs wear rings with the name of the epoch, and the Jews wear rings without the name of the epoch. The Arabs wear rings with the name of the period, and the Jews wear rings without the name of the period. The Arabs wear rings with the name of the age, and the Jews wear rings without the name of the age. The Arabs wear rings with the name of the generation, and the Jews wear rings without the name of the generation. The Arabs wear rings with the name of the race, and the Jews wear rings without the name of the race. The Arabs wear rings with the name of the nation, and the Jews wear rings without the name of the nation. The Arabs wear rings with the name of the tribe, and the Jews wear rings without the name of the tribe. The Arabs wear rings with the name of the family, and the Jews wear rings without the name of the family. The Arabs wear rings with the name of the house, and the Jews wear rings without the name of the house. The Arabs wear rings with the name of the room, and the Jews wear rings without the name of the room. The Arabs wear rings with the name of the bed, and the Jews wear rings without the name of the bed. The Arabs wear rings with the name of the table, and the Jews wear rings without the name of the table. The Arabs wear rings with the name of the chair, and the Jews wear rings without the name of the chair. The Arabs wear rings with the name of the lamp, and the Jews wear rings without the name of the lamp. The Arabs wear rings with the name of the book, and the Jews wear rings without the name of the book. The Arabs wear rings with the name of the pen, and the Jews wear rings without the name of the pen. The Arabs wear rings with the name of the ink, and the Jews wear rings without the name of the ink. The Arabs wear rings with the name of the paper, and the Jews wear rings without the name of the paper. The Arabs wear rings with the name of the knife, and the Jews wear rings without the name of the knife. The Arabs wear rings with the name of the fork, and the Jews wear rings without the name of the fork. The Arabs wear rings with the name of the spoon, and the Jews wear rings without the name of the spoon. The Arabs wear rings with the name of the plate, and the Jews wear rings without the name of the plate. The Arabs wear rings with the name of the cup, and the Jews wear rings without the name of the cup. The Arabs wear rings with the name of the glass, and the Jews wear rings without the name of the glass. The Arabs wear rings with the name of the bottle, and the Jews wear rings without the name of the bottle. The Arabs wear rings with the name of the jug, and the Jews wear rings without the name of the jug. The Arabs wear rings with the name of the pitcher, and the Jews wear rings without the name of the pitcher. The Arabs wear rings with the name of the basin, and the Jews wear rings without the name of the basin. The Arabs wear rings with the name of the towel, and the Jews wear rings without the name of the towel. The Arabs wear rings with the name of the soap, and the Jews wear rings without the name of the soap. The Arabs wear rings with the name of the comb, and the Jews wear rings without the name of the comb. The Arabs wear rings with the name of the brush, and the Jews wear rings without the name of the brush. The Arabs wear rings with the name of the mirror, and the Jews wear rings without the name of the mirror. The Arabs wear rings with the name of the clock, and the Jews wear rings without the name of the clock. The Arabs wear rings with the name of the watch, and the Jews wear rings without the name of the watch. The Arabs wear rings with the name of the chain, and the Jews wear rings without the name of the chain. The Arabs wear rings with the name of the key, and the Jews wear rings without the name of the key. The Arabs wear rings with the name of the lock, and the Jews wear rings without the name of the lock. The Arabs wear rings with the name of the door, and the Jews wear rings without the name of the door. The Arabs wear rings with the name of the window, and the Jews wear rings without the name of the window. The Arabs wear rings with the name of the wall, and the Jews wear rings without the name of the wall. The Arabs wear rings with the name of the floor, and the Jews wear rings without the name of the floor. The Arabs wear rings with the name of the ceiling, and the Jews wear rings without the name of the ceiling. The Arabs wear rings with the name of the roof, and the Jews wear rings without the name of the roof. The Arabs wear rings with the name of the chimney, and the Jews wear rings without the name of the chimney. The Arabs wear rings with the name of the fireplace, and the Jews wear rings without the name of the fireplace. The Arabs wear rings with the name of the stove, and the Jews wear rings without the name of the stove. The Arabs wear rings with the name of the oven, and the Jews wear rings without the name of the oven. The Arabs wear rings with the name of the kitchen, and the Jews wear rings without the name of the kitchen. The Arabs wear rings with the name of the pantry, and the Jews wear rings without the name of the pantry. The Arabs wear rings with the name of the cellar, and the Jews wear rings without the name of the cellar. The Arabs wear rings with the name of the garden, and the Jews wear rings without the name of the garden. The Arabs wear rings with the name of the orchard, and the Jews wear rings without the name of the orchard. The Arabs wear rings with the name of the vineyard, and the Jews wear rings without the name of the vineyard. The Arabs wear rings with the name of the field, and the Jews wear rings without the name of the field. The Arabs wear rings with the name of the meadow, and the Jews wear rings without the name of the meadow. The Arabs wear rings with the name of the pasture, and the Jews wear rings without the name of the pasture. The Arabs wear rings with the name of the forest, and the Jews wear rings without the name of the forest. The Arabs wear rings with the name of the mountain, and the Jews wear rings without the name of the mountain. The Arabs wear rings with the name of the valley, and the Jews wear rings without the name of the valley. The Arabs wear rings with the name of the river, and the Jews wear rings without the name of the river. The Arabs wear rings with the name of the lake, and the Jews wear rings without the name of the lake. The Arabs wear rings with the name of the sea, and the Jews wear rings without the name of the sea. The Arabs wear rings with the name of the ocean, and the Jews wear rings without the name of the ocean. The Arabs wear rings with the name of the island, and the Jews wear rings without the name of the island. The Arabs wear rings with the name of the peninsula, and the Jews wear rings without the name of the peninsula. The Arabs wear rings with the name of the continent, and the Jews wear rings without the name of the continent. The Arabs wear rings with the name of the world, and the Jews wear rings without the name of the world. The Arabs wear rings with the name of the universe, and the Jews wear rings without the name of the universe. The Arabs wear rings with the name of the God, and the Jews wear rings without the name of the God.

riùſque quàm par erat, ad aſperiora Pontificem proceſſiſſe, pleriſque, & ſummis viris viſum; *Sæpè modicè perſtricti in obſequio manent; acrioribus agitati ſtimulis, rebelles; ſatiuſque eſt non aggredi, quæ aggreſſa contemni facilè timeas*. D. Ireneus præcipuè, cuius ope in Aſia primùm, mox in Gallijs longè latèque Eccleſia propagata, continere ſe non potuit, quin apertè literis, libriſq. editis, aſperiora obiurgãdo, rei geſtæ modum, vt Euſebius ſcribit, inſectaretur.

D. Ireneus Victor. PP. obiurgat. ex Euſeb. lib. 5. hiſt. 24.

Inteſtino malo, hoſtiles ferro, armiſque continuantur inſectationes. Septimius Cæſar florentes Eccleſiæ res deuaſtare in animum inducit. Id non primis Imperij ſpacijs, ſed abſoluto Gallico, ac Parthico bello exequutioni demandare parat. Pronum ad ſæuitiam Principis animum, proſperæ, ſecundæque res magis impellunt; nam Albino hoſte, & ſeditionis Duce, in Gallijs deuicto, ouans vrbem ingreſſus, cùm obuiam effuſa Ciuitas immenſis honoribus proſpera deprecando, ei ſe per Deos genios iureiurando obſtringerent, nec fideles, inanes deteſtantes Deos, idem præſtarent obſequium; ſibi inuiſam, facilè credidit, infidam quoque in ſe fore gentem; nec mora, à

Sub Septimio Seuero Imper. ſexta Eccleſ. perſecutio; de qua Tertull. in Apol. cap. 32.

ſummo

ſummo capite facinus aggreſſus; Victorem Pontificem, Pontificatus anno IX. ſeu vt alij ſcribunt XII. mox magnam fidelium turbam obtruncat.

Dum hæc, rebelli in ſuperos contumacia, ſeuerè per Seuerum Romæ agerentur; Parthi, atque Arabes, aduerſus eius rebellauere Imperium. Ad tumultum compeſcendum, Cæſar in Orientẽ ſe confert; at nihilo ſegniùs graſſatur in vrbe furor; nec minor per Prouincias fit ferro ſtrages: ob fidem certiſſimum exitium; ignota infidis virtus, nouum crimen erat. Vbique perſequutionis incendio conflagrante, Alexandrinus puer, Origenes nomine, audet ſupra ætatem facinus; dum acriter pro fide dimicaretur, præcipitem inter micantes gladios ſe obiectare audet. Vt verò Leonidem patrem, vinculis teneri, atque ad necem deſtinari cognouit, ad certamen accenſus, vtriuſque fortunæ filium, & ſocium ſe oſtentat; præreptuſque foret immaturè, is qui matura ætate, celebre Eccleſiæ lumen, ac præſidium erat futurus; ni mater ad ſummum diſcrimen ruentem, ſalubri detinuiſſet dolo; nam cum maturare eum velle, & ante lucis ortum prorumpere ad agonum certamen

Origenis in pueriliætate, ſupra ætatem facinus. ex Euſeb. 6. hiſt. 2.

Digitized by Google

præſenſiſſet; noctu cubiculum dormientis filij ingreſſa, indumenta quibus in publicum prodiret ſubtrahit; nec puer matris intellecto dolo conquieſcit, perſcribit tandem Patri, ſe quidem in extremo diſcrimine comitem iungi anhelantem, maternis artibus detineri; caueat proinde, ne paterna in filios ſollicitudo, paternus amor, à præclaris, quæ conſtantem, ac fortem virum decent, moraretur. Cum Leonide Philippus Auguſtalis Aegypti Præfectus, ſtrenuè fortiterque dimicat, anno à Chriſti ortu 204. Alexandriæ interempti cadunt, ſimul ad ſuperos conuolant.

Leonidis, & Philippi Auguſtalis Præfecti martyrium.

Poſtremò, non vnum, aut alterum, ſed vrbes, populos, militari manu opprimi cerneres. In eo turbido rerum motu, Ireneus Lugdunenſis Epiſcopus; cum ſibi, cæteriſq. quibus præerat fidelibus, certiſſimum immineré exitium ſenſiſſet; concione aduocata, ſuprema verba fecit, quibus ad ſupremum certamen accingeret. Dictis res ſubſequitur: vnanimi ardore, inſigni martyrio aditum in cœlis inuenêre: clari Præſulis, Ducíſque cineres, crebris prefulſere miraculis. Eas Calixtus II. Pomanus Pontifex cùm ad cohibendam inter Gulielmũ Calabriæ Du-

Irenei Lugd. Epiſc. certamẽ ex martyrol. die 28. Iunij Cineres Catanzarium Calixt. II. PP. transf. ex diplomate, quod apud Cathacen. aſſeruatur.

cem,

cem, & Rogerium Siciliæ Comitem insurgentia bella, in Calabriam se recepisset, Catanzarium transferri voluit; nulla alia re ratus, eius vrbis, vbi benigniter, summisque honoribus vnà cum decem & octo sacri Senatus patribus acceptus, diù moratus fuerat, hospitalitatem largiùs compensari. Certè ibi hodie summa celebritate coluntur. extatque gestæ rei, apud Cathacenses Pontificium diploma.

Anno à Christi ortu ducentesimo decimo tertio; mors Seueri Cæsaris turbidis Ecclesiæ moribus finem attulit. Eboraci in Britannia, Antonino, & Getæ liberis infensus, nec mœrorem tolerans decessit: alterum ex liberis districto gladio patrem insequutum apud Scriptores inuenio. Ita vitæ initium, quod à parente acceperant, vitæ fine rependerunt. Nec sine præmio facinus fuit, in paternum protinus fastigium militari fauore tolluntur. Infida inter fratres, quæ parùm tuta inter filios, parentemque fuerat, societas regni fuit; Geta in Imperij primordijs, fratris dolo tollitur. Papinianus ob summam iuris, legumque peritiam summam apud Senatum authoritatem adeptus; quia crimen excusare noluit, criminis in se pœnas

Mors Seueri Cæsaris.

Antoninus Caracalla Imperat

Papiniani I. C. mors.

Digitized by Google

auertit; eodem fato, Principis iussu decidit. Infelix temporum conditio, qua iuris, iustique prudentia, in iniquitatis tutelam vertenda erat.

Hæreses in vrbem Romam irrepunt, fouetq. Tertull. ex D. Hieron. de scrlpt. Eccl. in Tertull.

Anno à Christi ortu 215. in vrbem Romam Catholicæ fidei domicilium, hæresum caligines inferri cæptæ. Proclus, Montani de quo supra memoraui, sectator, ex Phrygia primus omnium aduexit; fouitque Tertullianus acri vir ingenio, clam primò, mox plurium firmatis animis, aperta prædicatione, irrepsere. Vt verò Tertullianus, cuius ope, consilio, eloquio, gentium sæpè aliàs in Ecclesiam furores sedati, ac hæreses propulsæ, Procli fautor, & palam hortator incessit, glisçit error, mutatur vrbis facies, nutat fides. Ad Pontificem causa defertur. Pontificis responso, pertinacia non deuicta sed obstinatior euadit. Tertullianus non voce solùm, sed palam editis libris, Pontificem, eiusque responsa insectatus, non modò in vrbe, sed in exteras gentes, Montani inuenta propagare aggreditur. Magnam tum Gaius sacrarum literarum scientia illustris, Ecclesiæ lucem attulit, non modò coram Pontifice disceptando, sed scriptis quoque, diuinæ veritatis, quæ fidei obscuri-

Gaius aduersus Proclum, & Tertull. Mont. hæreses fouentes. ex D. Hiero. de script. Eccles. in Gaio

tate

tate inuoluebatur, patrocinium ſuſcepit.

Dum hæc in vrbe geruntur, Antoninus Cæſar, cui ob talares veſtes è Gallijs aduectas, Caracallæ cognomentum, in Meſopotamia dolo extinguitur. Sex fermè annos, quibus in Imperio fuit, inuicti Ducis exercuit munia, Parthoſque ſubegit; nec hoſtium ſuperſtes, aulicæ fraudis ſuperſtes fuit; Macrino Præfecto Prætorio ſtruente, interfectus interijt. Macrinus ingentia de ſe pollicendo, militemque donis alliciendo, Imperator conſalutatur. Nec diù impunitum manſit facinus; ijſdem artibus anno poſt à M. Aurelio Caracallæ filio, ereptum ei Imperium. Is apud Phænices, qui veluti Numen Solem colunt, Solis ſacerdos fuerat. Imperiũ adeptus veteris cultus memor, Tẽplum in vrbe dedicat; inde Heliogabali nomen, barbaro vocabulo (nam Phænices ſolẽ Heliogabalum appellant) eſt ſortitus. Lætæ dominationis initia, breui triſtis conſequutus eſt exitus; nã cùm, nec libidinis, nec crudelitatis modum haberet, Romanus populus, flagitiorum intolerans, interfectum, necatumque in Tiberim proiecit. Dum vetera illa mente voluo, faciles, ac triſtes dominantium exitus, mirari libet, diutiùs Pontifices,

Antonini Caracallæ mors.

M. Aurelius, qui Heliogabalus dictus eſt, Imper.

fices; nulla armorum tutela, inter hoſtiles furores, quàm Cæſares inter parentum agmen, vitam produxiſſe: nam à D. Petro ad eam diem, decem & octo Pontifices, Cæſares verò lõgè plures numeres; Zephirinus verò, qui tùm Pontifex erat, Pontificatus ſui ſpacio, quinq. Principes ferro interemptos vidit. Heliogabalo Alexander ſobrinus frater, ſed longè altioris indolis adoleſcens, Imperator ſuccedit. Alexandrum Mammea mater, à primis annis, piè, ac Chriſtianæ religionis ritu eduxerat; nec Imperium adeptus degener fuit; Chriſti Saluatoris imaginem, intimo, ac penè abdito Palatij cubiculo, coluiſſe Lampridius ſcribit. Publica Templa erigere volentẽ, Senatus vetuit.

Alexand. Imp. Chriſtum colit. ex Lampr. in Alex.

Primus Alexandro in Imperio annus, vltimus Zephirino in Pontificatu fuit: poſtquam decem & octo, ſeu vt alij ſcribunt xx. annos Eccleſiam rexiſſet. Tradunt nonnulli, ſub Heliogabalo martyrio clarum occubuiſſe; corpus via Appia non longè à Calixti cæmeterio conditum. Multa ad diuini cultus decorem, appoſitè ſanxit; vetuit præcipuè, ne vinum, quod in ſacrificio offertur, vertique in ſanguinem fides docet, in ligneo, vt antea, ſed in vitreo vaſe perficeretur.

Zephirini Pp. mors, & inſtituta.

retur. Vtrumque tamen posterioribus ætatibus iure mutationem accepit; cautumque in Triburiensi, ac Remensi Concilijs, vt in aureo solùm, argenteo, vel certè stanneo calice, vinum, sanguisque libarentur. D. Ambrosius, instrumenta, vasaque sacrificij, in longè præstantiora, nec æquè sacrificiorum ministros versa, mente voluens; haud insulsè scriptum reliquit; in Ecclesia tùm aureos præfulsisse sacerdotes, cùm ligneos calices haberet, modò verò, qui aureos pertractarent calices, ligneos videri.

Anno à Christi ortu 221. Calixtus Romanus, in Zephirini locum substitutus, Ecclesiæ regimen suscipit; tranquilliora sub Alexandro nactus tempora, haud tempori defuit; sacellum trans Tiberim eo ipso in loco, vbi olei fons ad Christi natalem eruperat, Deiparæ virgini dedicat. Ibi in concionem prodiens, ardenti prædicatione plurimos Euangelicæ lucis amore incendit Palmatius consularis, ac Simplicius è Senatorio ordine conspicui recensentur. Aegrè id Domitius Vlpianus, cæterique qui à consilijs Principis erant, patiebantur; exinde fidelibus necem meditari, summam iniuriam, summum ius interpretabantur;

Calisti PP.

Templum Trans tiberim Deiparæ Virgini à Calisto erectum.

Vlpianus I.C. Christianæ rei infensus. ex Lactan. lib. 5. cap. 11.

nec

nec pinguiorem Dijs victimam, quàm, Pontifice, qui res innouaret ſublato, mactari poſſe autumant; Principis tamen irritari animum, verebantur. Tandem exortus apud Perſas tumultus, tempus, locumque facinoris maturandi dedit. Anno ſalutis 226. dùm Alexander Perſico detinetur bello, Calixtus in profundum puteum non longè ab erecto ſacello, proijcitur; Palmatius, Simplicius, domeſtici omnes, ingens fidelium numerus ferro interempti cadunt; clari inter eos Hippolytus, quem doctrina, rebuſque geſtis clarum ex oriente Romam Pontifex accerſiri iuſſerat, ac Portuenſi præfecerat Eccleſiæ; Maximus etiã Imperatorij cubiculi Præfectus habentur; detruncata capita, vt cæteris terrori, ac exemplo forent, frequentioribus Vrbis locis collocata. Sex fermè annos, Calixtus ſumma cum laude, Eccleſiæ regimen tenuit; nec minori deceſſit gloria. Corpus via Aurelia tertio ab vrbe lapide conditum. Multa quæ inſtituit, hodie quoque vſu retinentur. Nuptias inter cognatos, affineſque interdixit. Quatuor anni ætates, dùm certas hyemis, æſtatis, autumni, & veris dies, peculiari cultu, ieiunio dedicat, ſacroſanctas fecit.

Caliſti PP. Simplicij, Palmatij Hippolyti, Maximi, & aliorũ martyrium. ex Euſeb. in cron. anno 226. & Rom. martyr.

Calixti PP. inſtituta.

Nuptiæ inter cognatos interdicuntur. Ieiunium quatuor Temporũ edicitur.

Vrbanus PP.

Digitized by Google

cit. Ieiunium, quod Apoſtolica traditione emanarat, non tam inſtituiſſe, quàm decreto firmaſſe, ſeu potiùs in quatuor anni ætates diuiſiſſe, D. Leo, alijque celebres viri notarunt. Vrbanus in vrbe Roma natus in Pontificio ſuccedit munere. Is recenti furori dandũ ſpacium ratus, non aperta prædicatione, ſed occultis cætibus, fideles in incepto confirmare, ingentem multitudinem Euangelicæ lucis amore incendere, Inſignis inter eos Cæcilia nobilis puella fuit; hæc tacta diuinitùs, eò admirabiliùs prefulſit, quò in carne nullo carnis amore fuit. Flore ætatis nuptias Valeriani genere, & forma præclari iuuenis, cui à parentibus pacta erat, tanta contentione aſpernatur, quanta cæteræ paris ſexus, paris ætatis, ad eas anhelant. Vlpianus vrbi Præfectus, fidem in ſuperſtitionem, ignotam virtutem, in manifeſtum crimen detorquens; minis, precibuſque à propoſito amouere Cæciliam aggreditur. Dum nihil profeciſſe verbis videt, aſperiora facta iungit; in ipſis puellæ ædibus ſupplicium parat; ibi in ardentes balnei aquas, virgo genere, ac pudicitia inſignis conijcitur. Cùm nihil inde detrimenti perpeſſa incolumis exiſſet, ferro, Cæcilia virgo.

ferto, irrito tùm quoque manente conatu, necẽ molitur; lictor euaginato gladio caput amputare fruſtrà aggreditur; diù afflictatam in dubia vitæ ſpe relinquunt; triduo poſt, ab ærumnis erepta, ingenti Angelorum comitata agmine, aditum in cœlis inuenit. Ea celebri victima, gliſcit furor; ſponſæ ſponſus non thalamo, tumulo iungitur. Valerianus, cui Cæcilia ſponſa mentem ad altiora eleuarat, interficitur. ita qui non corpore in terris, animo in Cælis perenni gloria iuncti fuere. Ingens interfectorum numerus, ingens victima fuit. Corpora in cæmeterio, quod via Appia Calixtus cõſtruxerat, Vrbanus ſolemni fonere condit; dùm alijs ſepulturam parat, ſibi quoque tumulum necemque comparat; exceſſit Vrbanus, anno à Chriſti ortu 223. Quot annos in Pontificia fuerit ſede, non ſatis inter ſcriptores liquet; Baronius annos quatuor, Platina ſex; Euſebius nouem ei tribuunt. Pontianum Romanum, & paris virtutis virum, ſucceſſorem in Pontificio habuit munere. Suum virtuti decus, poſteritas rependit. Multas poſt ætates, Templum Cæciliæ in ijſmet ædibus, vbi mortem oppetierat, à Paſchali Pontifice erigitur; temporis iniu-

rijs

rijs propè collapſum, noſtra ætate, Paulus Cardinalis Sfrondatus, in priſtinam formam redegit; addiditque multis aureis, atque argenteis donis, crebris quoque luminaribus, diù, noctuque fulgentibus, ſummum Templo decus. Ibi virginis corpus, in cuius collo, triplicis vulneris veſtigia, cicatriceſque ſpectantur, cæterùm in tanto annorum decurſu, propè inuiolatum, ſumma celebritate colitur.

Anno à Chriſti ortu 336. Principis præſentia conquieſcunt turbidi motus. Eo anno celebri victoria, Cæſar Artaxerſem Perſarum Regem, eò clariùs, quò maioribus copijs hoſtis proceſſerat, deuicit. In Artaxerſis exercitu, centum viginti millia equitum Cataphractariorum, falcati currus mille, elephanti ſeptingenti turriti ſagittarijs inſtructi, erant. Opimis ſpolijs vrbem inſigni triumpho ingreditur. læta Romano nomini, fidelibus præcipuè, ea fuit dies. Nec longè poſt, quæ Principis præſentia, Eccleſiæ tranquillitas illuxerat, abſentia in ſæuas erumpit procellas. Anno 337. exortum in Germania tumultum vt comprimeret, vrbe dum excedit, in vrbe protinus ob fidem tumultuatur. Id in cauſa fuit,

Alexand. triumphans de Perſico bello, vrbē ingreditur.

fuit, vt Pontianus Pontifex in Sardiniam exilio propelleretur.

Alexand. Imp. mors.

Eodem anno, ijſdem in caſtris Maximini dolo Alexander occumbit. Princeps tot bellorum ſuperſtes, ingenti parta gloria, ſingulari pietate, militis vnius, ex humili plebe, ac propè ſordido loco nati, impio facinore interemptus cadit; retulitque ex ſummo ſcelere, ſummum rerum faſtigium, nam protinùs in Imperium irrepit. Primum facinus noui Principatus, Pontiani Pontificis dum in Sardinia exulem vitam ageret, cædes. Mox Anterus origine Græcus, ſed Petiliæ in Calabria, ex cuius vrbis ruinis Bellicaſtrum conditum, ortus; eidem ſubrogatus, interficitur.

Sub Maximino Imper. 7. Eccl. perſequntio.

Anterus PP. Petiliæ in Calabria ortus. ex Ciaco. in vit. Pontif.

In eo ancipiti rerum ſtatu, fideles abditis in locis (nec etenim palàm profiteri impunè erat) conueniunt; diu interſe conſulendo, cùm nec congruus dux, aduerſus tot, tantoſque terrores appareret; nec quiſquã palàm ſe oſtendere auderet, multis cum lacrhymis preces ad Deum vertunt; orant, ne Duce, ac Paſtore orbatos deſereret, vt Eccleſiæ tandem miſeratus, ſerenam poſt diutinas, ſæuaſque procellas concederet diem. Auditæ fuere preces; demiſſam è

Fabianus diuinitùs dato ſigno Pont. deligitur. ex vitis Pontif. & Euſeb. 6. hiſt. 22.

cœlo

cœlo columbam, ſupra Fabiani caput (is erat ſtrenuus, & máturæ virtutis vir) aſtitiſſe, Euſebius, alijque antiqui ſcriptores tradunt. Diuinitùs dato ſigno, Pontifex æquè mortalium omnium votis declaratur. Cœleſte ſignum, timorem propellit: ingenti alacritate omiſſa formidine ſeſe foras proijciunt. Simul eodem tempore Maximinum, maximum Eccleſiæ hoſtem, Aquileiæ à militibus ob ſummam in eos ſæuitiam interfectum accepère.

Anno 240. Tyranno eliminato, tranquilliora, auguſtioraque Eccleſiæ parabantur initia. Gordianus ingentis ſpiritus, & ſummo loco natus adoleſcens, Imperator conſalutatur; ſedantur ſub optimo Principe, turbidi motus, ſerena, ac tranquilla tandem illuceſcit dies. Tam oportuno tempore, Pontifex, ijſdem in locis, quæ martyrum madebant ſanguine, Templa araſque erigit. Sex fermè annos cunctarum gentium conciliato ſibi amore, Gordianus orbem rexit. Philippus rei militaris apprimè callens, ad Imperij culmen Gordiano extincto euehitur. Is non modò Eccleſiæ propitius, ſed diuinæ fidei, quam cæteri ad eam diem Cæſares, hu-

Gordian. Imp.

Philipuus Imper. I. inter Rō. Principes Chriſti Numen adorat. ex Euſeb. lib. 6. cap. 27.

manum rati erant figmentum, adhærens ; Chriſti Numen adorat. Hic primus inter Romanos Principes cæleſti illuſtratus eſt luce. Ducenteſimus quinquageſimus à Virginis partu, milleſimus verò ab vrbe condita tùm peragebatur annus.

Libri Secundi Finis.

HORATII

Digitized by Google

HORATII SCOGLII CATACENSIS A PRIMORDIO ECCLESIAE Historiarum

LIBER TERTIVS.

Epitome Libri Tertij.

SVB Fabiano Pontifice dum Philippus Orbem imperando tenet, tranquilla Eccleſiæ pax. Philippo Decius in Imperio ſuccedit. primum facinus noui Principatus, Pontificis cædes. Cùm certiſſimum ob fidem immineret exitiũ, vltra anni ſpacium timor, ac pauor ad Pontificem deligendum Comitia diſtulit. Cæſare tandem ad Gothicum bellum profecto, Cornelius Pontifex denunciatur: atrox primò, ſubdolo, ac

factioso Nouatiani ingenio schisma perpessus. Cùm tandem Concilio habito, vel ipsis Nouatiani sectatoribus, pro Pontifice innotuisset, Gallo Cæsari, eiusque filio Volusiano loco hostis fuit; eorum edicto exilio propellitur, mox ferro interemptus cadit. Par, Lucio, qui in Pontificatu successit, octauum post mensem exitus vitæ fuit. Stephanus deinde aduersus hostiles Galli, mox Valeriani Cæsaris furores Ecclesiam regit. Nec modò exteras Principum, sed intestinas hæresum dissensiones perpessus, tandem eliminata, quæ in Africa de baptismate iterando irrepserat hæresi, Romæ claro martyrio occumbit. Sixtus II. Athenienſis in idem subrogatus onus, pari gloria, pari mortis genere Euangelicæ veritatis testimonium dedit. Nec degener à tanto Duce, ac magistro Laurentius discipulus, & alumnus fuit: nam inter flammarum æstum inuicto animi robore enituit. Per prouincias quoque Cypriani Cartaginensis Antistitis, aliorumque præclara virtute Ducum, fidei certamina. Anno 262. Gallieni Imperatoris edicto, pax Ecclesiæ data, ab hostili ferro octo ferme annos quies, at hæresum dissensionibus diutinum, & asperum turbamen. Tùm primùm Sabellio authore aduersus Tri-

nitatis

nitatis arcanum hæreſes emerſere, quas Paulus Samoſatenus Antiochiæ Epiſcopus diù aluit, latèque per Syriam propagauit. Dionyſius Romanus Pontifex tum Concilijs habitis, tum varijs editis libris, perniciosas detegere nititur caligines. Eo extincto ſub Felice Papa, Manes, cuius ſectatores Manichæi dicti, haud minùs perniciosa perfidia in Perſide exurgit. Biennio Felix ſub Aureliano Imperatore Eccleſiam rexit; ſub eodem Principe martyrio occumbit. Tranquilliora Euthychianus, Pontificatus primordio ſub Tacito, Floriano, Probo, ac Caro, ob breue vniuſcuiuſque Imperium nactus tempora, tandem ſub Numeriano pro fide dimicans cadit. Vltimum cæteris omnibus atrocius Diocletianus Eccleſiæ indixit bellum. Deorum cultum propè abolitum reuocare, augeſcentem in dies Chriſti fidem penitus eliminare agitat animo; non ſexus, non ætas miſerationẽ attulit. Romæ Suſanna ſanguine iuncta, ac Agnes præclaris orta parentibus; in Sicilia Lucia nobilis virgo, dum flore ætatis nuptias aſpernatæ ad Chriſti thalamum anhelant, interimuntur. Sebaſtianus ſummo apud Principem loco (nã Prætorianæ cohortis dux erat) dùm clam innoxiã gentem à furore tegit, ſeipſum dete-

git, auertitque cæteris destinatam in se necem. Duo quoque summi Pontifices, Caius, ac Marcellinus ferro eliminantur. Postremò in sacra quoque religionis vestigia sæuus, literarum monumenta, sacræ ædes igni, ac ferro dantur. XX. *fermè annos Imperium tenuit, totidem ferè, acriter vbique terrarum sæuitum; nunquam aliàs magis Ecclesia agitata fuit; hostilis tùm se omnis effudit furor: nam proximè sub Constantio Imperatore, mox sub Constantino filio, læta, tranquillaque, qualis nunquam aliàs, illuxit, affulsitq. in omnes terrarum oras Ecclesiæ dies. Maxentio, Maximiano, Licinio Tyrannis eliminatis, Christi ope pacatum sibi Imperium intelligens, regijs Basilicis, regio penè splendore coli, & adorari ab vniuersis gentibus voluit. Vrbem verò Romam, magnã Italiæ partem Siluestro, à quo baptismate lustratus fuit subijciendo, cœlorum æquè ac terrarũ arbiter Romanus Pontifex protinùs enituit. Vterque deinde, & Cæsar, & Pontifex vnanimi voto, pari pietate ad Arrij insurgentes hæreses propellendas, Concilium Niceæ in Bythinia indicunt. Ibi à trecentis decẽ & octo Patribus Concilio habito, detectæ caligines: simul præclaris institutis, Ecclesiam in omne æuum firmant.*

A PRI-

A PRIMORDIO ECCLESIAE Hiſtoriarum

LIBER SECVNDVS.

SEPTEM fermè annos, dum Philippus Orbem imperando tenuit, tranquilla Eccleſiæ pax affulſit: nam vt proximè ante priori libro expoſui, diuinæ veritatis arcana, quæ humanum ad eam vſque diem priores Cæſares figmentum rati erant, tandem, obumbrata tamen, Philippus agnouerat. At non dùm, ſuetus more regio, & militari licentia viuere, ad fidei præſcriptum vitam inſtituere videbatur; aptè inde à Pontifice occaſione capta monitus, non modò reſipiſcere viſus, ſed imperare ſuetus, parère neſcius, parère tum primùm didicit. Scribit certè Euſebius antiquus author, Philippum feſtiuo Paſchatis die ad ſacra munia accedere properantem,

Philippus Imper. paret Fabiano Pont. ex Euſeb. 6. hiſt. 25.

Digitized by Google

tem ; iuſſum à Pontifice à fidelium cætu ſe-cederet , non antè inter eos admitti obti-nuiſſe,quàm mutata vitæ conſuetudine pæ-nitentiæ ederet ſigna : exinde Cæſar Fabia-num Pontificem parentis loco habere, & vt Chriſti vices in terris gerentem venerari. adeò liber ab aſſentatione animus , hono-rem dignitatemque plerumque fortibus ad-dit viris . Nec facile dictu eſt , quanti mo-menti vel apud infenſiſſimos hoſtes,Princi-pis religio , pietaſque fuerit: quos anteà trucidando , Dijs obſequium præſtare re-bantur, modò in verecundiam adducti, ve-luti ſacroſanctos violare ducebant nefas .

Sub Decio Im per.octaua Ec-cleſiæ perſe-quutio.

Cæterùm tam tranquillum rerum ſtatum Philippo extincto , adeò turbidi ſubſequuti ſunt motus , vt nullus planè ex ijs , qui an-tea agitauere Eccleſiam furores , huic iure videatur comparandus : nam ſub Nerone, Domitiano , cæteriſque, palàm profitentes ad necem deſtinabantur, cæteris ſecura im-punitas . At vbi primùm Decius, rei Chri-ſtianæ ob priuatam quoque in Philippum iram infenſus , Imperium eſt adeptus , vn-dique , quotquot erant conquirebantur . Primum facinus noui Principatus , Fabiani Pontificis cædes. ita Pontifex qui XIV. fer-

Fabiani Pont. martyrium.

mè

mè annos, proxim o ante Principi ſacroſanctus, vniuerſis fidelibus charus, Eccleſiam rexerat,eò iniquiùs,quò æquior in Deos interfector videri voluit, victima mactatur. Nec à domeſticis impietas, quæ inani in Deos pietate tegebatur,abſtinuit: Caloceruſ Auguſtæ cubiculo præpoſitus, inſignis habetur. Mox in Prouincijs datis edictis, idem facinus. In ea promiſcua cæde Alexander Hieroſolymitanus,& Babila Antiochenus Epiſcopi, conſtantia mortis illuſtres fuere. Non ſexus, non ætas miſerationem attulit. Cæſareæ in Paleſtina puella,cui Reparatæ nomen,capite obtruncatur. Nec defuit corpori in terris honos, cuius animo in cœlis quies:Florentiæ hodie ſummis honoribus colitur. Nec minùs præclara fides, virtus,in Agatha fuit. Illuſtri genere Catanæ in Sicilia orta, præcláram corporis formam,atque altam animi indolem, Quintianus Prætor admiratus, facilè incenditur, amorém aperit, reluctantem animum allicere, ſibique deuincire nequicquam aggreſſus, intelligit nihil æquè, quàm Chriſti cui ſe puella deuouerit, cultum, optatis obeſſe. Exinde publicam cauſam priuatæ cupidini obtendendo, acribus minis à propoſito

Agatha Catanen. virgo.

poſito amouere contendit. Nullo metu, nul lis terroribus, perenni Numini innixa mens flectitur: eo certamine aditum in cœlis ſibi patefieri, Virgo perſenſerat; ea erecta ſpe tam conſtanter, fortiterque ſe geſſit, vt tormentis dilacerata, mammiſq. præciſa, ſpiritum vitamque potiùs deſerere, quàm fidem pudicitiamue exuere voluerit. Nullus locus à tanto furore tutus; vbiq. cum vitæ diſcrimine fides, vbiq. pœnas eò acriùs minitari, quò æquiùs in deſtituto per eos Deorũ cultu inferri rebantur, cerneres. Nunquã aliàs tantus, & tam diu pauor Eccleſiam inuaſit, nulla niſi in latebris ſalus. Multi fortes, & rebus geſtis inſignes viri, furore perterriti in deſerta, atq. ab omni humano cultu diſſita loca ſeceſſere. Clari inter eos Gregorius Neocæſareę in Ponto Epiſcopus, qui ob crebra ſupra ſuetas naturæ vires edita prodigia, Thaumaturgi apud eas gentes barbaro vocabulo nomen obtinuit; in Africa Cyprianus Cartaginenſis Antiſtes fuere. Tutiores ſe inter ferarum immanitatem, quàm inter hominum cætum rebantur. Sed nemo Thebano adoleſcenti, cui Paulus nomen, illuſtrior; nam cæteri, poſtquam Decio extincto miteſcere videretur furor, cùm in patrios

Greg Thaumaturg. & Cyprianus, latebras ſub Decio quærunt.

Paulus p. Eremita.

trios redirent lares, Paulum ſolitudinis amor adeò tenuit, vt reliquam omnem ætatem in eremis ſpeluncis, ſyluiſque agere voluerit. Ibi veſtimento folijs palmarum contexto indutus, longè à mortalium cætu, non longè à cœleſtium conſortio degebat, nam cœlitum ſæpe fruebatur aſpectu, & alloquio; ſcribit Hieronymus celebris author, alitem è cœlo demiſſam, panem in dies ſingulis deferendo, propè fontem cibum quotidie ei miniſtraſſe. Diutiùs, ac tranquilliùs, eo ſimplici decurrentis aquæ potu, paniſque parcitate vitam, quàm cæteri inter regales menſas produxit: nam vltra centeſimum decimum tertium annum, ea vitæ conſuetudine deguit. Cùm exacta penè ætate ab Antonio, qui vitam in vaſta Aegypti ſolitudine ſimili vitæ cultu tranſegerat inuiſeretur, duplicata eſca, qua vterque veſceretur, eodem alite aptè præbetur. Nec eo cœleſtis conſortij diuinitùs accepto ſigno, diutiùs Paulus in terris fuit. Poſtera die, ſpiritum, animamque cœleſti præfulgentem luce, ſuperis ædibus magno inter cœlites plauſu recipi, Antonius perſpexit. Ingens deinde multitudo per vniuerſum Aegyptum, atque Thebaidem, Pauli ſequuta

Ex D. Hier. in ipſius vita.

Paulus p. Eremita inuiſitur in eremo ab Antonio.

quuta exemplum, patria, patrijſque domibus,& quæ ibi charior a ſunt poſthabitis,tãta animi contentione eremas ſpeluncas petiere, quanta hodie Principum aulæ frequentantur. At ſolitudine degentes procul à ſollicitudine erant,tàm propè cœleſtibus, quàm procul ab hominum cætu; non iræ non cupidini obnoxij. Contrà aliorum iter lubricum, animus duplex, dubia fortuna, ſenſim ſpes irrepit, quæ in deſperationem tandem erumpit. Anxij inquirunt, quæ deinde acquiſita magis anxios eos tenent. Thebanus iuuenis,eius tranquillitatis vitæ, inter nemora, opacaſque ſyluas, quò aſperiora, eò ameniora ſectatus, author fuit. Iure deinde Eremitarum magiſter, & dux habitus, iure ab omnibus colendus, æquè admirandus, ac imitandus euaſit.

Interim dùm perſequutio ſæuit, Eccleſia Duce,ac paſtore orbata manet.Ne ad Pontificem creandum conuenirent, formidine tenebantur. vltra anni ſpacium, vt Cyprianus eius temporis celebris ſcriptor tradit, in ea orbitate Eccleſia manſit. Peroportunè anno à Chriſti ortu 254. dum aduerſus tumultuantes Gothos bello dimicaturus Cæſar proficiſcitur,refecti fidelium ſunt animi,

Vacat Romana ſedes vltra anni ſpacium poſt Fabiani Pontif. mortem. ex Cypr. epiſt 31. & 16 & Bar. in ann. ad ann. 253.

mi. tùm demùm, clam (neque etenim aberat omnis metus) vnà conuenientes, Cornelium Romanum, & ſpectatæ virtutis, Ducem, atque paſtorem deligunt. Dum Cornelius prima ingreditur Pontificatus ſpacia, Decio Imperij, & vitæ finis acceſſit, hoſtium agmen incautiùs ſubeundo, fortiter dimicans cadit. Duos propè annos, belli, paciſque artibus clarus, Imperium tenuit; haud dubiè inter bonos Principes, niſi iniuriam Chriſtianæ religioni intuliſſet, numerandus.

Cornelius PP.

Decij Imper. mors.

Iamque quos anteà pauor, ac timor, publico arcuerat, palam profitentes incedere cerneres. Erant, qui vt libero vterentur commercio, ſub Decio non ſe fidei, ſed fidem temporum conditioni aptarant, palàm Idolis immolantes, occultè Chriſti cultum retinentes: nam etſi in pleriſque plurima plus quàm humana enitebant facinora, inerat tamen cuique humana imbecillitas, quæ potior in multis fuit. Hi modò tranquilliora tempora nacti, crimen deteſtando veniam orant. Recepitque eos poſt multa pœnitentiæ ſigna, ad Eccleſiæ gremium, ad priſtinos honores, venia crimini elargita, Pontifex. At quæ bono conſilio geſſeris, haud

haud pari exitu plerumq. eueniunt, atrocis ſeditionis ex ea Pontificis indulgentia, occaſio capta. Nam Nouatianus vir factioſus, ſolers ingenio, prauè facundus, auidus potentiæ, honorum, diuitiarum, cæterùm vitia ſua callidè occultans, ſuas opes nonniſi alienis diminutis viribus, creſcere poſſe ratus, Pontificem criminandi occaſionem aucupans, apud ſingulos primùm, mox in magno fidelium cætu, queritur deſertam Chriſtianæ Reip. cauſam, priuatis cætibus, publicis neceſſitatibus conſuli, clam paucorum habito conuentu, nuper callidum hominem in Pontificiũ munus irrepſiſſe; congruentibus artibus, quibus irrepſerit, in eo ſe gerere, mortales vt ſibi addictos teneret, ementita criminum venia, perniciosè fallere, offenſum Numen placare, peccatorum ſordes delere, pro commiſſo munere ſe poſſe iactat. Heu miſerum! eò ne audax, & temeraria humana mens peruenit, vt iuſto Numinis furori, iuſtæ iræ, ſuo nutu, ſuoque arbitrio modum, ac finem imponat? noxioſque ex infenſis amicos, ac charos pro arbitrio reddat. Ficta indulgentia æquè prolapſis, ac firmis viris, Cornelius perniciem ingerit, illos dum ementita venia decipit, hos dùm faci-

Nouatiani ſchiſma, quod primum in Rom. Eccl. fuit

lem

lem in noſtra manu reconciliationẽ conſtituit, in ſimile incitat crimen. Eccleſiæ quoq. decus sãguine partũ, dum ignauiſſimos, vnà cum fortibus viris, ad ſacra admittit munia, penitùs tollit, ac deſtruit; talẽ ne ergo virum qui pro Põtifice ſe iactat, toleraturi ſumus?

Hæc aliaque inania Nouatianus temerè effundens, haud temerè loquutus, apud ſimplices viros viſus. Nouatus, qui nuper in Africa non abſimile, ſimili ex cauſa aduerſus Cyprianum Carthaginenſem Antiſtitem excitarat diſſidium, fortè tum Romæ morabatur: nec difficile fuit petulans ingenium factioſo viro iungi. Nouati ope, Nouatianus ingens ſeducit fidelium agmen. Nouum tum planè accidit, vt deteriorem Ducem, melior pars ſequeretur: nam qui perſequutionis incendio ſæuiente, ob conſtantem fidem, confeſſoris nomine decorabantur, dum propriam conditionem cum lapſis æquari cernunt, Nouatianum ſequuntur, vt Pontificem conſalutant. Eos, cùm ſibi Nouatianus, tactis ſacris iureiurando obſtrinxiſſet, literas in Prouincias tanquam adepto Pontificatu miſit. Ita vbi exquiſitiſſimę omnium temeritatis, eximiæ, quæ cæteras longè anteiret dignitatis, præmiùm

Confeſſoris nomine, qui fidẽ inter minas, martyres, qui inter pænas, licet non vſque ad extremum exitium, antiquitùs decorabantur. ex Bar. ad annum Domini 253. n. 11 Ex epiſt. Cypr. 42. & 52.

mium ſe conſequutum videt, eò acriùs Cornelium, quò iniquiùs in eius irrepſerat ſede, inſectabatur. Tùm primùm quos vna fides, vna ſpes, charitatis vinculo ſociarat, Nouatianus ambitionis æſtu diuiſit; tùm primùm duos pro Pontifice ſe iactantes Romana vrbs vidit. Inde coniecturari libet, Romanum Pontificatum à primæua illa ætate, vel inter hoſtiles furores, non contemnendis opibus præſtitiſſe: nam ſi nullæ in eo opes, nil erat, cur Nouatianus, vir auidus, ac factioſus, tanta contentione appeteret. Piorum eleemoſinis, matronarum largitate, decedentium bonis, ſacra, ſacrorumque antiſtites fouebantur. Quin Romanos Pontifices regio propè cultu enituiſſe, apud Ammianum Marcellinum Ethnicum authorem qui proximè ijs temporibus floruit, inuenio.

Rom. Pontif. à primæua ætate ſub ethnicis prīcipibus haud contemnendis opibus ex Ammiano Marcellino hiſt. lib. 27

Ad famam tam atrocis ſchiſmatis ſeditioniſque, incerta cui parti adhæreret, anceps erat per orbem Eccleſia. Præſules, Pontifices, Patres, vt de tanta re videretur, conueniunt, varijs per omnes terrarum partes Concilijs habitis: diù altercatum; magna tandem contentione, exploſa Nouatiani placita, tradit Euſebius. Longè à diuina clementia rebantur Concilij patres, ſi humanis

Concilia aduerſus Nouatianos. ex Euſeb. 6. hiſt. 35.

humanis erroribus, criminibuſque omnis veniæ ſpes præcluderetur, periculoſum eſſe ſoli innocentiæ fidere; ignoſcendum lapſis, talibus pœnitentia conuerſis, elargitam per Pontifices veniam, in cœlis quoque ratam haberi; nam in eam præcipuè rem, in eam curam cœlorum claues, Petro datas.

Ea res admonet, pauca hoc loco de peccatorum confeſſione, quæ ſemper pro piaculo, criminumque medela in Eccleſia fuit, variè tamen à nouatoribus interpretata, promere. Socrates in ea, quam conſcripſit hiſtoria tradit, tum primùm cùm Nouatiani irrepſit ſchiſma, per Cornelium Pontificem inductum morem, clàm remotis arbitris, ſacerdotibus occulta mentis fateri, cùm antea publica tantum crimina, in Eccleſiæ iudicium venirent; eaque potiſſimùm ex cauſa, Nouatianum aduerſus Cornelium inſurrexiſſe. Sub Theodoſio deinde Imperatore, à Nectario Conſtantinopolitano Epiſcopo, mox per cæteras orientis partes, eo abrogato vſu, ad antiqua reditum. Periculoſum, inquit, multiſque expoſitum inſidijs rebantur, occulta patefieri: nam ſæpè, quod vni, remotis arbitris clam aperiebatur, eiuſdem, ſeu dolo, ſeu deſidia, ac

Auricalis peccatorum confeſſio num à primordio Eccleſiæ, emanarit.

Ex Sacrat. lib. 5 hiſtor. Eccl. cap. 19.

S igna-

ignauia, pluribus compertum vulgabatur. Inde Nectarium è Conſtantinopolitana Eccleſia, auricularem confeſſionem veluti in perniciem erumpentem, eliminaſſe, ſequutoſque exemplum cæteros Præſules. Ex eo Socratis teſtimonio, nouatores ad nouos ſuper errores proni, anſam noſtra tempeſtate arripuere, peccata fatendi morem, qui vſu hodie in Catholica Eccleſia frequens habetur, inſectandi; & è multis terrarum partibus, Anglia præcipuè, ac magna Germaniæ parte, eliminauere. Ita qui in Oriente primùm irrepſerat error, in Occidentem ſubdolo paucorum ingenio, migrare viſus. Verùm Socratis, quem Nouatiani partes ſectatum conſtat, ſuſpecta fides. Magis Tertulliano, & Origeni, qui & antiquiores ſunt, credere ius eſt. Hi longè anteà, nullo præfinito initio, eam peccatorum confeſſionem, vſu frequentem fuiſſe, non obſcurè indicant. Nec omnino ſub Theodoſio Principe abrogatam, ex Gregorio Nyſſeno, qui ea tempeſtate floruit, in epiſtola, quam ad Latoium Mitilenenſem Epiſcopum ſcribit, non obſcurè deprehenditur. Et apud Ioannem Cryſoſtomum eloquentia, ac fide præclarum, qui Nectario in Conſtantinopoli-

Tertull. de baptiſ. c. 20. Orig. homil. in pſal. 38.

Ex Greg. Nyſſ. epiſt. quæ habetur apud Theod. Balſ. in addit. & Cryſ. hom. 61. ad populum Antioch. homil. 33. in Matth. & lib. 3. de ſacerd.

tana

tana ſede ſucceſſit,non ne de Sacerdotibus, qui ſua tempeſtate peccata audirent, & condonarent, frequens mentio habetur? Eam verò non humano, ſed diuino iure, ad lapſos mortalium animos reparandos,emanaſſe, irrefragabilis teſtis eſt Ioannes. Is à Chriſto Ieſu poſt quàm rediuiuus è morte ſurrexit,datam Apoſtolis vim,poteſtatemq. & retinendi, & dimittendi peccata ſcribit. Inanis certè poteſtas,ni errata fatendo,clara notaque Iudici fierent. Id verò non perniciem, ſed medelam, ſalubremque opem ægris mentibus allaturum, non noſtri inſtituti, qui hiſtoriam conſcribimus,eſt confirmare, & adeò compertum videtur, vt confirmatione non egeat.At nihil tam rectum, tam ſanctum, ac propè diuinum, quod humano auſu violari nequeat. Inde haud mirum, ſi ſacramentum ſuapte natura frugiferum, ſuique inſtitutione cunctis ſalubre,humano plerunque facinore, in humanam perniciem erumpit.

Habitis in ea cauſa,vt paulò ante memoraui,Patrum cætibus, Concilijſque,& ſi hæreſes, non ius Nouatianum fouere ſatis apparebat, adhuc tamen non dabatur iuri locus, adhuc ambitionis æſtus vigebat,adhuc

inter Cornelij, ac Nouatiani aſſeclas æſtuabat diſſidium. Fuere propterea, qui per Nuncios, legatoſque Romam miſſos concordiam meditarentur. Id Cyptianus magna per totam Africã authoritate, per Caldonium, & Fortunatum Epiſcopos nequicquam cùm pertentaſſet, librum de vnitate Eccleſiæ edit, quo cunctos ad concordiam hortando, multis edocet, vnum eſſe Chriſtianæ Reip. corpus, atque vnius animo regendum; vni Petro Eccleſiæ regimen diuinitus datum, cæteros Antiſtites, Præſuleſque in partem curarum adſcitos, eiuſdem iuſſa expectare debere; proinde enitendum, vt ſeditionis authoribus ſublatis, vnum Ducem, atque paſtorem ſibi proponant. Eum non alium, niſi Cornelium, qui non per ſeditiones, aut turbas, ſed vocatus, electuſque Petri obtinuerit ſedem, iure ſibi videri.

Cyprianus Carthag. Epiſc. Legatos Romam mittit ad ſedandum ſchiſma Nouatianorũ. ex epiſt. Cypr. 42. & 45. lib. etiam de vnit. Eccleſiæ edit.

Cùm multa Cyprianus in hanc ſententiam facunda oratione edidiſſet, dolo, aç fraude detecta, ingentem multitudinem à Nouatiano demouit, ac Cornelio addixit. mens enim, non voluntas, ſubdolo vnius viri ingenio, ad errorem prolapſa erat. Supplices ad eiuſdem pedes proiecti, veniam orant,

Digitized by Google

orant, vt parentem, Pontificemque venerantur. Extat apud Cyprianum certa verborum formula, qua in publico fidelium cætu, ſententiam animi ſui declarantes, in Eccleſiæ gremium admiſſi fuere. Quæ quoniam plurimum momenti, haud dubio obtinet, ad detegendas, quæ perniciosè nuper noſtrorum patrum memoria, inſurrexere per varias Prouincias hæreſes, eæ præcipuè, quæ contra Eccleſiæ vnitatem, ac Romani Pontificis authoritatem, inclytum ac ac religione inſigne Angliæ regnũ, miſerum in modum infecere, hoc loco referre non abs re fore duxi. Ita etenim antiquo, ac vetuſto teſtimonio, clarum, cõpertumque fiet, non iure Angliæ Reges, dum ſingulis Regibus, Principibuſque liberum, atque independens in ſuis cuique Regnis circa religionem ius tribuunt, Eccleſiam in tot capita, quot Principes, Regeſque ſint, diuidere. His planè verbis ſchiſma deteſtantes, Pontifici ſe addixere.

Apud Cypr. in epiſt. 46.

Contra ſchiſma Anglicanũ.

Nos Cornelium Epiſcopum Catholicæ Eccleſiæ electum à Deo omnipotente, & Chriſto D.N. ſcimus; nos errorem noſtrum confitemur, nos impoſturam paſſi ſumus, perfidia, & loquacitate captioſa; nam etſi videbamur

Certa verborũ formula Nouatiani ſchiſma deteſtantium. ex D. Cypr. epiſt. 46.

quasi quandam communicationem cum schismatico, & hæretico homine habuisse, syncera tamen mens nostra, semper in Ecclesia fuit. nec enim ignoramus, vnum Deum esse, vnum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, Vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere.

Eo celebri testimonio, vbique terrarum, anno à Christi ortu 254. enituit in Cornelio Pontificia maiestas. Eò magis inde Nouatianus contemnendus, & obscurus.

Anno salutis 255. sæua contagionis lues, Aegyptum primò, mox per cæteras terrarum oras grassata, terras propè exhausit. Clarum Ecclesiæ lumen Origenes, cuius ope sæpe, insurgentes hæreses propulsæ, tum extinguitur. Eo sapientiæ culmine enituisse apud Eusebium inuenio, vt cùm è patria profugus, Hierosolymam secessisset, vndique ad eum audiendum ex finitimis regionibus non viri modò, sed & mulieres affatim confluerent: decessit LXIX. ætatis anno, cùm sex mille libros, si Epiphanio credimus, singulari doctrina, ac eruditione edidisset. Id vero D. Hieronymus parciùs credendum censet. Seu hic, seu minor librorum numerus fuerit, parum ad ingenij

Origenis mors & elucubrationes. ex Euseb. 7. hist. 1.

Ex Epiphan. hæresi 54. & D. Hieron. in Apolog. cont. Ruff.

præstan-

præſtantiam: nam non ſcriptorum numero, ſed eorum, quæ ſcriptis continentur ponderę, penſanda eſt virtus. Plurimæ certè, & præclarę hodie Origenis elucubrationes circumferuntur; nec defuere, vel ipſo authore ſuperſtite, qui celebri nomine propria inuenta inſignirent. tegebantque ſummi viri authoritate, inania figmenta: pleraque inde ſubdolo paucorum ingenio, Euangelicæ luci diſſona, ac abſurda, ſcriptis eius cùm vulgarentur, eum qui author habebatur, Demetrius Alexandrinus Epiſcopus, longè ab Eccleſiæ communione diris execrationibus propulſandum cenſuit. Origenes dolum, fraudemque detegere, varijs editis libris nixus, ægrè à calumnia ſe exemit; refert id D. Hieronymus in Apologia, quam ea de re aduerſus Ruffinum conſcripſit, adeò vt hodie quoque apud pleroſque ſuſpecta eius fides habeatur.

Vbique contagionis vi ſæuiente, conſulti Arioli, Aruſpiceſque (nam apud gentes nihil inauſpicatò aggredi mos erat) reſponſum, præſentibus malis reuocato auito Deorum cultu, eoque qui irrepſerat eliminato, leuamen. Gallus Cæſar, ac Voluſianus filius, Romanum tum regebant Im- Gallus, & Voluſianus Imper.

perium. Horum edictis, vbique Chriſti gens, veluti orbis incolumitati immolanda proponitur. Romanus Pontifex vrbe pellitur, Centumcellas exul amouetur; nec multo poſt, cùm locum, non mentem mutaſſe intelligerent, Romam aduocant; ibi capite truncatus, diuinæ veritatis fidem corroborauit. Duos propè annos Cornelius Eccleſiam rexit. Corpus in arenario Lucinæ conditum. Par ijſdem ex cauſis, Lucio, qui in Pontificatu ſucceſsit, octauum fermè poſt menſem exitus vitæ fuit. Terruit ea res cæteram gentem, haud tamen cohibuit fidem: quæ publicè profiteri non audebant, occultis cætibus, eò firmiùs, quò chariora, quæ maiori cum diſcrimine habentur retinebãt. Nec minùs anxiè abditis in locis, hoſtis eos inquirit: intimas ædium partes, ſubterranea antra, vbi ſacrificia peragi pane, vinoque mos erat, rimari cerneres; nec modo aſpectu, ſed odore etiam, veluti venatores canes latentes indagant: ſæpe quos loci oportunitas tegebat, promanans è vino odor in magna ſeu ſacrificantium, ſeu ſalutari cibo, potuque ſe reficientium multitudine detexit. Fuere tum, vt Euſebius ſcribit, qui vt indagantium inſidias eluderent, aquam pro vino

Cornelij PP. mors, & exiliũ

Lucius octo menſes in pontificia fuit ſede ex Euſeb. lib. 7. hiſt. at Platina annos tres ei tribuit. Baron. annos duos.

Ex Euſeb. 7. hiſt. cap. 1.

Digitized by Google

vino libarent. Id verò non ad priſcum morem, longè à Chriſti inſtituto deuium, Cypriano authore, alijque doctrina claris viris, protinùs apparuit, protinùs intermiſſum.

Duorum Pontificum celebri victima, longè aliter ac rati erant, excitauere potiùs, quàm molliuere Numinis iras. Gallus, ac Voluſianus, contumaces, ac penè rebelles, militum animos experti, Imperium primò, mox ſpiritum, vitamque apud Interamnem contrucidati, amiſere.

Anno à Chriſti ortu 257. Aemilianus ignobilis loco, in Mauritania ortus, bonus militia, & bello ſtrenuus, à Mæſiacis relegionibus Imperator conſalutatur, mox trium fermè menſium interiecto ſpacio, Valerianum Principem, Romana vrbs accepit.

Valerianus, & Gallienus filius Imperat. poſt breuem Aemiliani dominationem.

Eius Imperij primordio, prima Stephano Romæ orto, ibidemque egregijs virtutibus adulto, Pontificatus initia. Tùm verò nouum, ac planè inauditum irrepſit, vt à Catholica Eccleſia longè diſsiti, eodem ritu, Catholicæ fidei ſacramenta pertractarent. Protinùs id in Concilium diſceptationemque apud Patres, Præſuleſque venit; dubitatum num rata, firmaque habenda ea forent, numue per eos baptiſmate initiati,

Sacramenta collata ab hæreticis, num rata haberi debeant Concilia habita. ex Euſeb. hiſt. 7. & D. Cypr. epiſt. 75.

Digitized by Google

tiati, rurſus baptiſmatis aqua perluſtrandi forent. Carthagine præcipuè, Cypriano Antiſtite Africæ patres aduocante, ingens patrum cætus; poſt varias diſceptationes in eam ſententiam, eodem qui aduocarat authore itum, vt veluti nulla, irrita, inania abijcerentur. Ea Patrum decreta Cyprianus ad Romanum Pontificē deferenda ratus, Stephanum nil cunctatus per literas certiorem reddit. Pontifex non miniſtrorum ſacramenta conferentium vim, ſed conditoris præcipuam, principemque virtutem ac poteſtatem penſandam ratus, longè à diuino inſtituto, atque Apoſtolorum traditione, facturum eum reſpondet, qui baptiſmum iterare auderet; ſemel baptiſmatis iuxtà Eccleſiæ ritum, à quocumque ſiue hæreſi, ſiue ſchiſmate diuiſo initiatos, rurſus baptiſmate perluſtrare, nefas: per hæreſim nanque ſicuti ſemel accepta ſacramenta non tolluntur, ita nec conferendi poteſtas adimitur. Non hæc, non pleraque alia, quæ in hanc ſententiam afferebantur, non ſummi Pontificis sūma authoritas, Cyprianum à ſententia demouère. Rurſus frequentiori Epiſcoporum, Patrumque aduocato cætu, maluit deteriùs errare, quàm erraſ-

Multa in hanc ſententiam pro Rom. Pontif. D. Auguſt. perſcripſit in libro de baptiſ.

Cypr. ſchiſma aduerſus Stephanum Rom. Pont. ex epiſt. ipſius Cyur. 74. ad Pomp. vbi acriter Rom. Pont. mordet. Reſipiſcit tantem vt teſtatur D. Aug. epiſt. 48. ad Vinc. & de bapt. *lib.* 2.

erraſſe videri : ſemel placita, rata, firmaque haberi voluit. traxitque in eam pertinaciam, non ſolùm Africæ, ſed crebris ad Firmilianum Cæſarienſem Epiſcopum, cuius magna erat per Phrygiam authoritas datis literis, Phrygiæ quoque pattes. Triennio in ea hæreſi perſtitere: nec interim remedium vllum, monitiones, preces, hortatus, quò reſipiſcerent, à Stephano Pontifice prætermiſſum. His artibus, benigna oratione, non acri diſceptatione, quæ plerunque acuit, irritatque aduerſariorum ingenia, obſtinata pertinacia tandem deuicta. Agnito errore, Cyprianum mox cæteros Patres Romani Pontificis decretis obedientes ſe geſſiſſe D. Auguſtinus alijque celebres tradidere authores.

Ex D. Aug. lib. 2. de bapt. con. Donat. c. 4. Euſeb. hiſt. lib. 7. cap. 22.

Anno 259. cum iam quieuiſſent inteſtini Orientis, ac Africæ motus, hoſtili ferro fideles vexari cæpère. Valerianus Imperator acriter ad Eccleſiam deuaſtandam intentus erat. Vbique terrarum innocens Dijs victima mactatur; æquè interfectorum alacritas, ac interficientium ſæuitia admirabilis fuit: diuerſo animi motu vterque ad idem impellebatur facinus. Cæca hi errorum caligine, illi verò cœleſti, qua

Nona Eccleſ. perſequutio ſub Aurel. Imp. ſeu vt alijs placet octau.

præ-

præfulgebant luce, ad necem ferendam; inferendamue anhelant.

Stephani PP. martyrium.

Dum vbique hoſtile ſæuiret ferrum, ſummum Eccleſiæ Præſulem Stephanum, ſtrenuæ fortitudinis, quæ ſummum decet Principem, Ducemque, exemplum prodit: palam ſacrificium, quo ſub panis, vinique ſpecie Chriſtum immolari fides docet, peragere non veretur. Perfidi id haud tulere hoſtes, Valeriani præcipuè ſatellites: vno impetu irrumpunt, caput obtruncant. Corpus adhuc cruore madens, in Cæmeterio Calixti conditum. Tres fermè annos, totidem menſes Eccleſiæ regimen Stephanus tenuit. Multa eo temporis ſpacio præter ſuetas naturæ vires admiranda edidit opera: Lucillæ præcipuè Nemeſij Tribuni filiæ, erutos oculos reſtituta luce inſigni miraculo redidit.

Stephanus PP. lucem Lucillę reſtituit. ex vit. Pont. & actis eiuſdē, quæ refert Bar. ad ann. Domini 258.

Nec in turbidis rerum motibus, Dux, qui inter hoſtiles procellas Eccleſiam ſuſtineret, foueretque defuit. Is Sixtus Athenienſis fuit; anni vnius ſpacio, ſeu vt alij tradunt authores biennio, clementia, ac fortitudine cùm enituiſſet ſingulari, pari tandem cum Stephano gloria, exitum vitæ inuenit: dùm præclaris virtutibus, æquè Chriſtianæ

Sixtus II. PP.

prolis

prolis parentem, ac Principem ſe oſtenderet, vinctus ad Martis Templum, vt ibi Idolis immolaret trahitur. Renuentem, ac recuſantem, ad ſupplicium ducunt. Eò properanti. Hiſpanus iuuenis Laurentius, ſeſe medius affert. Ob altam animi indolem apprimè Pontifici charus erat, præfeceratq. Pontifex Eccleſiæ bonis opibuſque moderatorem, & arbitrum. Lacrymis obortis animi ſenſum in hæc fermè verba effudit; Quò pergis, ſine filio Pater, ſine miniſtro Sacerdos? quem comitem ſocium, & alumnum, in omni vitæ conſuetudine, omni præclaro incepto adhibuiſti, in ſupremo certamine inexpectatò nunc deſeris? Ego verò, te Pater optime non deſeram, vita tibi coniunctiſſimum, nec mors ſeiunget, ſi hoc tamen emori eſt, ſpiritum à mortali concretione, cui in corpore obnoxius manet, liberum, vegetioremque ad patrias ſedes, tranſmittere. Experire Pater, num degenerem filium genueris, ac foueris, num fidum elegeris comitem. Sixtus iuuenem amplexus, leniretque dolorem hortatus, propinquum, nec abſimile parari ei certamen præ-nunciat; ad patrias proinde in cœlo ſedes ſe accingeret. Sexto idus Auguſti, anno à

Laurentij inſigne certamen.

Chriſti

Chriſti ortu 261. hæc contigiſſe ſcriptores conueniunt. Nec irritum Sixti vaticinium fuit: nam eo extincto, cùm præſenſiſſet Laurentius, aurum, argentumque, ceteras Eccleſiæ opes proſcribenda; protinus auidam, execrandamque auri ſpem eludere meditatur; quicquid in Eccleſiæ theſauris congeſtum erat, in pios egentium erogat vſus. Quæſtores rati in Laurẽtij manibus, Eccleſiæ opes ſitas, protinus in ius trahunt; cùm nec precibus, nec minis, vt ea traderet, vel detegeret, obtinerent; tertium poſt diem iuuenem ferrea crate diſtentum, lento ſubiecto igni, vt ita productior cruciatus eſſet, torreri iubent. Nec minori conſtantia cùm torrida incendio ſentiret membra, perque ignitum volutaretur ferrum, infracti animi ſe gerebat iuuenis; ſegnior ignis, qui foris vrebat, quàm qui intus abdita Chriſti luce ardebat videbatur. Inter flammarum æſtus, hæc modo verba ad excruciantes milites eſt affatus. *Aſſatum eſt iam verſa, manduca, non hic Eccleſiæ perquirendi theſauri: Eccleſiæ aurum argentumque quod erat, manus pauperum, in cœleſtes tranſtulere ſedes.* Mox Laurentio quoque è tormentis ad cœlos abeunte, auaritia eluſa, deui-

deuictaque ſæuitia fuit. Eo inſigni certamine non minùs modò vrbs Roma, Leuitæ Laurentio, quàm olim Ieroſolyma, Stephano Diacono præfulgere viſa.

In immenſum Chriſti proles excreuerat, eò vniuerſam interimere gentem, nec ſatis tutum, nec è Rep. fore cenſebant; primores Duces conquirebantur. Inclytum erat per vniuerſam Africam Cypriani nomen, artibus ad mortalium cætus regendos, eloquentia, doctrina, abdita quoque diuinæ veritatis luce, clarus habebatur. Antequam Carthaginenſem regeret Eccleſiam, è Senatorio ordine fruerat, quò antea Reipub. munijs intentior, eò Præſul factus, de Eccleſia magis ſollicitus. Idque in cauſa fuit, vt proniùs Galerius Maximus Proconſul eximijs virtutibus, præclaris muneribus perfunctum virum, eliminare moliretur: quantùm aliàs apertum crimen, tantùm tùm arcana virtus officiebat. Nec ille, cui mors, altioris vitæ initium, mortem detrectat; tota animi contentione ad extremum diſcrimen ſe accingit: dum verò minacem, & in mortem irrupturum expectaret gladium, lictori, veluti non in necem, ſed in vitæ medelam, frugiferum vibraturus eſſet ferrum

D. Cypr. martyrium ex Pontio eius Diacono & ex epiſt. 83. quam martyrij candidatus, idē Cypr. conſcrip. ſit.

Digitized by Google

rum, xxv. aureos tradi iubet.

Valerianus Imper. à Sapore Perſarum Rege captus. ex Trebell. in Valeria. Eutrop. & alijs

Anno 262. Perſæ aduerſus Romanos rebellauere. Valerianus valido cum exercitu profectus, vbi in Meſopotamia ex propinquo hoſtem habuit, in pugnam inſtruit aciem; nec altera pars prælium detrectat. Ibi ſeu acie victus, ſeu antequàm ad manus res deueniret, ſuorũ proditus inſidijs, (nam vtrumque prodidere authores) in hoſtium manus deuenit. Captiuus à Sapore Rege in Perſidem ductus, dira, ac barbara ſeruitute habitus: Tum alia, tum illud quoque Eutropius alijque ſcriptores pertuliſſe ſcribunt indigna, inſilentem Regem quoties equum adſcenderet, curuatis ſubſtentaſſe humeris. Ita qui Eccleſiam immaniter oppreſſerat, à barbaro Rege barbarè depreſſus, vltore Numine fuit. Nondum fideles immanem metuentes ſeuitiam, Sixto qui anno ante martyrio clarus occubuerat, Ducem, ac Paſtorem ſubrogarant; anni vnius ſpacio hoſtilis impetus comitia diſtulerat. Tum demum Valeriani ſeruitute, libertas Eccleſiæ illuxit, habitiſque Comitijs, Dionyſius Pontifex denunciatur.

Galien. Imper. Valetiani filius Eccleſiæ propitius.

Eodem anno Galienus Imperium adeptus, inſigni pietate Principatum auſpicatur,

tur, pax, ſecura libertas per eum Eccleſiæ data. Octo fermè annos, orbem Imperando tenuit, totidem annos, tranquilla pax Eccleſiæ affulſit.

Anno à Chriſti ortu 263. ſubdola de Trinitatis arcano, Ptolemaide Pentapolis, Sabellio authore figmenta prodiere, quæ Paulus Samoſatenus in humanæ mentis perniciem, Antiochiæ aluit, auxitque per vniuerſam Syriam. Sabellius ineffabile trium perſonarum in vno Numine arcanum pro libito effingens, Patrem, Filium, Paracletum ſpiritum, diuerſa nomina, non diuerſas vulgat perſonas. Vnum quippe ſimplex, vbique diffuſum Numen, quia vniuerſam agitans rerum molem, cuncta quæ oriuntur, gignit, alit, regit, rerum omnium Patrem: mox mutato nomine, ex virginis vtero humana indutum forma prodiendo, Filium: rurſus humanæ illapſum menti, cœleſti eam perfundens lumine, Spiritum Paracletum, ſacris appellari eloquijs; qui aliter ſentiret, abſurdè, ſacrilegè multiplicare Numina, plures inuehere rerum dominos, plures Deos; quò temerè magis, eò firmiùs iactat; tegebaturque error, veritatis imagine. Sabellij hæreſes

Iunxit ſe temerario viro, inane Samoſateni ingenium; is Antiochiæ, vbi Præſul, ac Epiſcopus, haud diſſentanea, eò perniciosiùs, quò maior ei, ex dignitate fides, diſſerebat; nam veritatis magiſter, ægrè erroris dux factus, credebatur. Additus etiam hæreſi, muliebris fauor. Odenatus Palmyrenorum in Syria Princeps, Gallieni, amœno, ac miti fretus ingenio in Orientis irrepſerat Imperium. Apud Odenati vxorem Zenobiam, non modica erat Pauli Samoſateni authoritas; hac Samoſateno adhærente, facilè cæteri in Principis ſenſa ruunt; anceps per Orientis Eccleſias, inde diſſidium.

Conc. Antioch. aduer. Sabell. ex Euſeb. 7. hiſt. 22.

Anno 266. Concilium ea de re Antiochiæ habitum: conuenere celebres Orientis Patres, clari inter eos, Gregorius Thaumaturgus Neoceſareę Præſul, Firmilianus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, Athenodorus Ponti Antiſtes, Helenus Tarſi, Nicomas Iconij, Hymeneus Hieroſolymitanæ vrbis Epiſcopi. Effuſis ad Deum precibus, ex ſacrarum literarum oraculis lucem rimantur. In eam ſententiam tandem itum; Filium à Patre, ab vtroque ſpiritum Paracletum, non inani nomine, re, ac perſona diuerſos,

uerſos, non diuerſæ diuinitatis cenſendos, ita ſacris edoceri eloquijs; tam abdita arcana, longè à mortalium captu ſeiuncta, non humana ratione metienda, tutiùs, ſanctiùſque ea credi, quàm inquiri. Dionyſius Sixto ſubrogatus, Petri tùm tenebat in vrbe Roma ſedem; vir erat ſacris literis, ac Theologiæ ſtudijs apprimè eruditus; de exorto fidei diſcrimine, cùm eum certiores Patres reddidiſſent, quæ Antiochiæ in hanc rem decreuerant, confirmanda cenſet, multa etiam & perdoctè, vt D. Athanaſius refert, in eandem ſententiam editis libris conſcribit.

Dionyſ: PP. lib. edit. adu. hæreſim Sabellij. ex D. Athan. in Synopſi.

Idem annus, Gregorio Neoceſarienſi Epiſcopo, ſupremus in terris fuit. Vir, ſignis, prodigijs, doctrina, adeò clarus, vt Thaumaturgi nomen apud eas gentes inde obtinuerit; ſiue etenim admiranda, quæ ſupra ſuetas naturæ vires edidit prodigia, ſiue præclaram doctinam, qua inſurgentes propulſauit hæreſes, ſiue inſignes res geſtas, quibus Eccleſiam fidemq. propagauit ſpectes, inſignis, & admirabilis. Nec abs re, D. Baſilius, alijque laudatiſſimi patres, ſummi viri præſtantiam, Moyſi, ac Apoſtolis comparando, ſummis extulere præco-

Greg, Thaum. miracula & præconia ex D. Baſil. de Spiritu ſancto cap. 29. & epiſt. 64.

nijs: decurrentium fluminum ſæpè nutu retinuit impetum, monteſque, veriore euentu, quàm olim de Orpheo vate antiquitas fabulata, longè migrare coegit. Neoceſarienſem vrbem, cui Præſul, ac finitimas regiones, ex Idolorum ad Chriſti cultum penè conuertit; ſeptendecim cùm ad Epiſcopatus euectus eſt munus, adinuenit ibi fideles, ſeptendecim moriens, ex tam ingenti multitudine in Idolorum cultu perſiſtentes reliquit, cæteros omnes, ſub ſalubri Crucis vexillo degentes inſpexit. His præclaris operibus, cœleſtium dono, vnde datus, inclytus redijt.

Samoſatenus aduerſus vnanime Patrum votum, nihil tùm aggredi auſus, vbi primùm ex Concilio in ſuas abiere ſedes, redijt petulanti viro, petulans ingenium. In vnius diuinæ naturæ tribus perſonis concluſum Numen, longè à mortalium ſenſu ſeiunctum, parùm, multa effingendo, ſe profeciſſe intelligens, in id quod humana carne indutum, mortalium oculis obuerſatum, mortalium ſalus fuit, noua ingerit. Non ab æterno Deum de Deo in cœlis progenitum; ex matre in terris initium omne, ortumque ei datum. Acre, & callidum nouatori

Aliæ Samoſateni hæreſes.

uatori inerat ingenium, deliniebatque inuenta, verborum floſculis, ijſque artibus, muliebri Zenobiæ ingenio charus, ijs, quæ fidei obſcuritate inuoluebantur, locum adimendo, fidem dictis inuenit, trahitque poſt ſe ingens fidelium agmen. Sed ambitiosè, immoderatè, eo populari ſtudio vſus: quoties per vrbem incederet, non pari cum cæteris eiuſdem ordinis Patribus, Præſulibuſque amictu cultuque; ſed ſplendido luxu, & regio penè ornatu, carmina quoque ſui laudes complexa, virgines, puerique tympanorum, ac citharæ pulſu in Templis effundebant; gaudebatque vacuus virtute animus, inani gloria.

Anno à Virginis partu 269. Gallieni Imperatoris morte, res Orientis mutationem accepere, proſperèq. id Romano Imperio, & Orientis Eccleſiæ ceſſit: nam Aurelianus poſt breuem Claudij, & Quintilli fratris dominatum, Imperij faſtigium adeptus, priſtinæ amplitudini reſtituere, deperditaſque Prouincias, Romanæ ditioni adijcere parat. Zenobia tum, Odenato viro extincto, pluſquam virili robore Orientis tenebat, regebatque Imperium. Indignum Cæſar ratus, Romanas vires, cunctis terra-

Aurelianus Imper. exercitum in Aſiam aduerſus Zenobiam ducit. ex Vopiſ. in Aurelian. & Trebellio de 30. Tyrannis in Zenobia.

rum gentibus metuendas, muliebri potentia diſtrahi, in Aſiam ingentibus copijs traijciens, bello aggreditur. Prælio inito, primo congreſſu apud Thymas, non longè ab Antiochia, ſuperat. Victoria potitus, triumphans vrbem ingreditur, duxitque ante currum Reginam inter hoſtilia ſpolia; humaniter deinde, vt Romanos decet animos, habita, Romæ reliquam ætatem, etſi non regio cultu, proximè tamen, maieſtati regiæ deguit.

Zenobiæ caſus, infregit Samoſateni potentiam. Orientis Patres, Præſuleſque haud diutiùs inſoleſcentem audaciam tolerantes, rurſus vnà Antiochiæ conueniunt. Ibi Melchior Antiochenus presbyter, cùm multa aduerſus Samoſateni inſanabile ingenium, luculenta oratione edidiſſet, cæteri adhæſere Patres. Vetant ampliùs, Pontificia gerat munia, ſede pellendum decernunt, alium fide, rebuſque geſtis ſpectatum virum, Domnum nomine, ſubrogant. Neque ei, qui diuinam interuertere fidem auſus erat, ad humana infringenda vota defuit animus. Samoſatenus turbas concitando, Domnum, Pontificium palatium ingredi, ac occupare volentem, magna vi depellit. Aureliani

reliani quoque Imperatoris, per nuncios implorat opem; orabat ne quid noui in eum ſtatui ſineret. Pium in Eccleſiam, ſibi atrox, ab Ethnico principe, reſponſum retulit; tradit Euſebius reſcripſiſſe Cæſarem, ea in re, Romanum Pontificem, ac cæteros Italiæ Epiſcopos conſulendos, eorum dictis, iuſſum Samoſatenum obedientem eſſe. Adeò Euangelica lex, æquitate præfulgere viſa eſt, vt vel fidei hoſtes fouerent; quò magis Ethnici Principis exemplo, Chriſtianos Regulos, ſæpe Eccleſiæ, Pontificumque authoritati obuerſantes, obiurgare licet. Vidit noſtra ætas pleroſque iactantiùs aduerſus eam, quam in matrem delegère, quàm aduerſus hoſtes exacuiſſe vires; matrem hoſtis loco habentes. haud mirum deinde, ſi ſocius Princeps, infenſus hoſtis eis fuit. Eccleſiæ detrahentibus, nunquam felix exitus; pij Principes, magis ei, vt matri parendo, quàm vt ancillæ legem imponendo, victorijs inclyti fuere; multaque in eam rem, exempla proferrem, ni longiùs ab incepto nos protraheret. Aureliani reſponſo, Samoſatenus perfractus, anno tandem CCLXXII. locum, dignitatemque ceſſit.

Aurel. Imp. licet Ethnicus reſcribit Samoſateno, Rom. Pont conſulendum. ex Euſeb. 7. hiſt. 24.

Dionyſij PP. mors, patria, inſtituta.

Eodem anno, Dionyſius Pontifex ſupremum clauſit in terris diem, poſt quàm vndecim, ſeu vt alij tradunt, annos ſex, Eccleſiæ regimen tenuiſſet. Dionyſij patriam, originemque ignorari Platina, & Baronius referunt; ego verò apud accuratos autores, Thurij quod eſt Calabriæ oppidum, vetus Græcorum colonia, ortum eſſe inuenio, ac monaſticam antequàm Pontifex crearetur, vitam coluiſſe. Vbi primùm ad Pontificatus apicem eſt euectus, ſingulis per Orbem Epiſcopis, fines, limiteſque conſtituendo, vetuit, ne quiſpiam extra præfinitam regionem, Diœceſim appellant, Pontificia exercere auderet munia. Satis ille paſtor felix, qui commiſſum ouile tuendo, fouendoque, oues ſuas aliena cura ſolutus, aptè alit, regitque. At humana mens, ad deteriora ſemper procliuis, auidiùs plerunque cum iniuria, alienis ſe immiſcet, quàm, quæ iure retinet, alit, & regit.

Ex Ciaconio in vitis Pontif.

Felix Rom. Pōt.

Sextum fermè poſt obitus diem, Felix Romanus, & ſpectatæ virtutis, Pontifex conſalutatur.

Manicheorum hæreſis, de qua Epiph. hær. 66. Cyr. catech. 6.

Felice Eccleſiam regente, aliæ rurſus in Oriente emerſere hæreſes. Erat in Perſide, vir factioſus, auidus potentiæ, Curbicus nomine,

Digitized by Google

mine: ſerua natum, puerili ætate, vir magnis opibus, cui Terebintus nomen, emerat. Breui ob præclaram, quam oſtendebat indolem, filij loco cæptus haberi, erudiuitq. magicis Perſarum artibus, quibus magna excoluntur ingenia. Inerat mira iuueni facundia, ita vt, Manes, quod Perſarum lingua, eloquentem denotat, vulgò appellaretur: ſed prauè ea facundia vſus: quæ ex Philoſophorum, Poetarumque placitis hauſerat, pleraque alia, quæ ingeniosè magis, quàm verè confinxerat, Euangelicæ veritatis imagine vulgando, veritati adimebat locum. Erroribus ſemel aditu patefacto, ſupra communem mortalium conditionem videri voluit; vt propterea magis ad rem, ipſique conſonum, Græcorum acceptione ac vſu, Manes nomen; nam apud Græcos, inſaniam, Manes, denotat. Spiritum paracletum, quem Chriſtus ad cœlos rediens, proximè poſt ſe mittendum tradiderat, cœleſtium dono iam datum, in ſe effulgere iactat. Nec exquiſitæ omnium temeritatis, apud ſemel caligine imbutas mentes, deerat fides; duodecim non abſimilis furoris, paris temeritatis adiunxit ſibi viros: nec difficile fuit, inanem mentem, petulans

inge-

ingenium, temerario ausu imbuere. His dotibus instructos, in varias tarrarum partes delegat, ac Apostolos nominauit; Veneris permissa licentia, carnisque illecebris sectatores allicit. Manes non ad vnum rerum omnium moderatorem, vt sacris eloquijs edocemur, sed Pythagoreos imitatus, ad duos contrarios inuicem pugnantes Principes, rectoresque cuncta, quæ in Orbe, prospera, vel aduersa eueniunt, referebat; alias quoq. errorum caligines effudit, inuexitque prauos à naturæ officio absonos mores, vt non abs re D. Leo Papa scriptum reliquerit, iniquitatum, errorumque omnium arcem in Manetis insania constitutam videri. Par erat, vt aduersus glisentem errorem, celebres Ecclesiæ patres, in Oriente præcipuè, enixis decertarent viribus; non tempori, non muneri, Athanasius Alexandrinus, Gregorius Laudicenus, Eusebius Cæsariensis, Eusebius Emisenus Episcopi, defuere. Nec tamen eliminauere, quæ solo temporis decursu consenuerunt figmenta. Sola Euangelij lux, semper stabilis, nunquam senescit; cætera humanitùs conquisita, certis annorum periodis finiuntur.

D. Leo Papa ser. 5. de ieiun.

Hæc in Oriente, errore glisente, dum gere-

gererentur, ſtrenua in Occidente fidei certamina. Aurelianus Cæſar palam hoſtis factus, nec ſine vitæ diſcrimine fides. In eo turbido motu, ſummus Eccleſiæ rector Felix, anno à Chriſti ortu 275. fortiter mortem ſubeundo, cæteris conſtantiam auxit. Biennio Eccleſiæ regimen tenuit. Quintum fermè poſt diem, Eutychianus Lunenſis in Hetruria natus, Eccleſiæ tutelam, curamque ſuſcipit. Prima Eutychiano Pontificatus ſpacia, ſuprema Aureliano in Imperio fuere. Aduerſus Perſas, bello dimicaturus, dum per Traciam iter ageret, perniciosiorem quem domi aluerat, eo quem foris petebat, hoſtem inuenit; eius qui à ſecretis in epiſtolis conſcribendis famulus erat, facinore interemptus cadit. Seruus infidus, dum aſperiora ei Dominus minitaretur, minas ipſe in Dominum retorquere agitat animo; Principis conſilium, quo vltionem in Tribunos meditabatur, aperit: nec hi cunctati, imminens exitium, alieno malo anteuertère; ita necem pro minis, eò iniquiùs, quò minùs facinus aggredi per ſe non auſus, aliena manu rependit.

Felicis Papæ martyrium.

Euthych. PP.

Tacitus, Florianus, Probus, Carus Imper.

Quatuor, qui ſequuntur Romani Princi-

pes,

pes, Tacitus, Florianus, Probus, Carus, tranquillam pacem Eccleſiæ conceſsère. Vopiſcus, alijque autores, qui domi, foriſque ab eis geſta, literis demandarunt, belli, paciſque artibus claros fuiſſe perhibent. Sed nemo Probo illuſtrior: nam propulſis, deuictiſque Tyrannis, qui Romanum inuaſerant, ac diuiſerant Imperium, prouincias Romanæ ditioni reſtituit, & Orbem pacatum reddidit. Sex fermè annos in Imperio fuit, ſeu potiùs Imperio ſuũ reddidit decus. Tacitus, Florianus, & Carus, biennium non expleuère: ille militari tumultu, hic aduerſus Perſas fortiter dimicans, ferro interempti. Militari clamore, aliena nece, Imperium tum in corruptis Reip. moribus comparabatur; ijſdem ſæpè artibus, adimebatur.

Carus Imper. licet Ethnicus Teſſalon. Eccl. à Tributo immunem facit. ex leg. 8. Cod. de ſacr. Eccleſ.

Poſt Carum, Numerianus filius, à paterna clementia, qua non modò fidelibus pax data, ſed Teſſalonicenſis Eccleſia, à tributo immunis facta, longè degener, diutina pace florentes Eccleſiæ res, deuaſtare molitur. Ingentem ſub eo fidelium ſtragem, vel ex eo colligere licet, quod trecentis quadraginta duobus illuſtribus viris, qui pro fide deceſſerant, Eutychianus Pontifex,

tifex, præſens, vt Romana martyrologia teſtantur, celebrauit funus, peculiari ornatu, dalmatica, aut purpureo colobio, martyrum corpora condi inſtituit; poſtremò ipſe quoque pro fide dimicans, Pontificatus anno octauo, menſe ſexto, martyrio clarus ad ſuperos conuolat. Caium natione Dalmatam ſucceſſorem habuit. Plurima eorum, quæ tradimus obuia forſan ſimilitudine, ſatietatem legentium animis allatura haud inſcius ſum: ſed nemo hiſtorias noſtras, cum ijs, qui veteres Græcorum, ac Romanorum res ſcripſere, conferat; armatas illi acies, præliorum varietates, ſitus gentium, vrbium expugnationes, fuſos, captoſque reges, inſignes triumphos, memorant. Hæc retinent, ac reintegrant legentium animos. Nobis aduerſus inermem gentem, truces Principum iras referentibus, dum pares ſemper exitus cauſas coniungimus, in arcto eſt labor. Hæc quoque nec quo conſilio, nec quo modo, nec quo anno acta, geſtaque fuerint, ieiunè ex antiquis rerum geſtarum monumentis, ad nos deuenere. At apud Romanos, res pace, belloque geſtas, ſingulis annis, Pontif. Max. literis demandantes,

Eutych. PP. obitum ſub Aureliano contigiſſe, Platina ſcribit, rectiùs Card. Bar. ſub Numer. Imper.

Caius PP.

Digitized by Google

dantes, materiam decoris præbuère ingenijs, vt in hiſtoriam, mira eloquentiæ laude conferrent. Haud inſcius ſum, Clementem, qui primus poſt Petrum Eccleſiam rexit, ſingulorum annorum acta, geſtaque literarum monumentis tradi mandaſſe: ſeptem, vt id præſtarent delegit viros; idem Fabianus, alijque Pontifices voluere. At id, ſæpè hoſtili furore dum latebras fideles quærunt, intermiſſum; pleraque etiam, quæ circumferebantur, ne ad poſteros deuenirent, Diocletianus Imperator, vt in tempore memorabo, comburi iuſſit: inde maiori labore vetera conquirimus, minori laude conſcribimus. Cæterùm vt minùs præbitura voluptatis, ita magis profutura; ægras nanq. ad diuina eleuant mortalium mentes, ſpem, fidemque confirmant; quiq. aduerſis confligantur, fortiùs tot editis exemplis, tolerabunt; & licet inglorius noſter labor, non modica tamen, vetera illa memorando, Eccleſiæ gloria.

Decima Eccleſię perſequutio eaque atrociſſima ſub Diocl.

Sequitur atrox, & ſæuum in rem Chriſtianam Diocletiani Imperium, cæteris omnibus, qui vnquam Eccleſiam vexauère atrociores ſub eo motus; cæterùm numquàm aliàs tam ingens comitata eſt Eccleſiam

ſiam gloria; nulla humana ope, nulla vi deuinci poſſe apparuit; nunquam aliàs fides, conſtantia, illuſtrium virorum magis enituit; illuxitque tandem poſt tot hoſtiles furores, non modò ſerena Eccleſiæ dies, ſed Romana vrbs, Italiæ pars, eiuſdem ceſſit Imperio: æquum eſſe cenſuère, vt qui cœlorum claues obtinuiſſet, terrarum quoque regimen teneret. Ducenteſimus octuageſimus quartus à Chriſti ortu agebatur annus, dum Diocletianus prima Imperij ingreditur ſpacia, in Dioclea vnde & nomen obtinuit Dalmatiæ oppido, libertinis parentibus ortus, ignobilis loco, militari gloria clarus, auxitque eam, Imperium adeptus. Parthos, ac Perſas, aliasque tumultuantes nationes, ſub ditione Romana redegit. Bellorum diſtentus curis, nihilo ſegniùs, Eccleſiam deuaſtare molitur, eò iniquior, fideles inſectando, quò æquiorem in Deos impietate facinoris ſe arbitrabatur, fuit. Aqua, & igni interdici iubet, paſſim per vrbis vias Idolorum ſimulacra, quibus niſi immolarent, vetat quempiam cum eis emendo, vendendo, aliaue permutatione contrahere. Inde extrema rerum omnium fidelibus omnibus inopia. Tum verò afflictis rebus,

vni cum

Sebaſtianus leles tuetur fouetque.

vnicum præſidiũ Sebaſtianus Prætoriarum cohortiũ Dux fuit. Illuſtri is genere Mediolani ex patre Narbonẽſi ortus, diuitijs præpollens, re familiari, vitæ omni præſidio, ipſoq. vitæ vſu deſtitutos, domeſticis copijs, clam, occultèq. fouet; ſequuti exemplum, Chromatius vrbis Præfectus, eiuſque filius Tiburtius, præſtitere, vt nulla in rerum omnium inopia, egeſtas foret. Nunquam præclarum facinus occultum manſit, nec in tam effuſa multitudine, effuſa liberalitas, latere diù poterat. Altè verò in Diocletiani pectus deſcendit: quanto antea in eum amore, tanta tum exarſit ira; Prætoriani milites, vbi perſenſere mutatum Principis animum, inſigni facinore Cæſarem adulati, vniuerſi in proprium Ducem, veluti in hoſtem tela conijciunt: nullo vano propè intercidente telo, cuncta corpori infixa inhæſere. Interfectum rati, Hirenæ mulieri, vt ſepulturæ demandaret, corpus conceſſerunt. Dum odoribus, ac vnguentis deliniret, non exanime, ſed adhuc ſpirans perſenſit; ergo abſterſo cruore, vulnera medetur. Vbi primùm ad firmam valetudinem, Sebaſtianus redijt, nil deterritus tam recenti propè incuſſa morte, Cæſarem adit,

multis

multis edocet, Eccleſiam, in quam bellum deuouerat, propitium habere Numen; quò magis oppugnata, eò magis fore, vt propagata augeſcat; non ferro, non igni, non gladio, nulla humana vi, eos qui fide, ac ſpe degunt, fidem, ſpemque abiecturos. Dein nudato pectore, recenti madentes ſanguine cicatrices oſtentans, hæc, quæ cernis, inquit, pectori meo nuper infixa vulnera, vana me non loqui, inſigne ſint tibi documentum; atrociora etiam, pro Eccleſiæ tutela perpeti, rurſus corpus telorum iaculis offerre non vereor. non vnus ego ſolus, hos animos gero, longus poſt me ſequitur ordo, idem petentium decus: breui cernes incaſſum te niti, cernes vrbem ſub ſalubri crucis vexillo, tranquillè, pacatèq. degentem: ſub eodem vexillo, qui tibi proximè in Imperij faſtigio ſuccedent, ſpem, fidemque collocabunt, Templa, araſque erigent; ibidemque ſupplices proiecti, noſtram implorabunt è cœlis opem; tandem, in alias tranſmigrantes ſedes, Romanam vrbem, Eccleſiæ ſubijcient Imperio: Romanus Pontifex cœlorum, terrarumque arbiter, & moderator erit.

Nihil Sebaſtiani oratio, à propoſito Dio-

cletianum demouit: verebatur, ne Chriſto chara, ſibi inuiſa gens, quæ in immenſum excreuerat, & diuerſo à cæteris cultu degebat, cætum clandeſtinæ coniurationis haberet; inde formidinem anteuertens, eliminare parat. Primus omnium, Sebaſtianus, qui coniurationis dux habebatur, fuſtibus percuſſus interimitur. Inſignis, ſeu viuens clargitis bonis, ſeu moriens effuſo ſanguine, Eccleſiæ defenſor extitit; eodemque titulo à Caio Pontifice, viuens dùm adhuc in terris ſuperſtes eſſet, decoratus. Corpus in ſubterraneis antris, fidelium lacrymis conditum. Sebaſtiano extincto, Tiburtium ab incepto reuocare contendunt. Foculo incenſo ibidem iniectum cremandum fore, ni ad auitam religionem rediret, minitabantur. Ille crucis ſigno ſe muniens, pedibus intectis per incenſas prunas incedit; nullum inde damnum perpeſſum, moram de induſtria, veluti per amœna, ac voluptaria loca trahere, cùm perſentiſſent, arcanæ virtutis vim, attoniti magicis adſcribunt artibus; ex igne extrahunt, adhibentque vim ferri: tertio ab vrbe lapide, via Lauicana, ſecuri percutiunt.

D. Sebaſt. tit. Eccleſ. defenſoris, viuens à Caio Pontif. decoratus.

Tiburtij vrbis Præfecti filij inſigne martyrium.

Suſannæ certamen ex actis eiuſdem Suſan. apud Sur. 11. Auguſt. & martyr. Rom. ad eam diem.

Idem dies, pari exitu, paris gloriæ Suſannæ

ſannæ initium fuit. Hæc Principi ſanguine propinqua, & Caij Pontificis ex Gabrino fratre nepos, oblatas à Maximiano Collega Imperij nuptias renuit. Nec alia cauſa, cur communem cum Principe ſortem, Principis ſolium, quod tanta vi, mortales expetunt, aſpernaretur, coniecturabatur, quàm Fides, quæ iactura rerum omnium, inuſitato, ac planè inaudito more, præſtantioris lucri firmam ſpem ingerit. Mox idem puella patefaciente, inſignis pietas, arcana virtus, propiaculo, compertoque crimine fuit; gladio interimitur. Cùm per ignota, notaque capita pietatis imagine paſſim impius gliſceret furor, haud mirum ſi deinde in Caium Pontificem, qui caput, & dux habebatur, ſæuitum fuit; in cæmeterio Calixti, via Appia corpus conditum; poſtquam XII. ferè annos Eccleſiæ, inclytis virtutibus præfuiſſet. Tum alia appoſitè ad Eccleſiæ decorem, ordinemque tum præcipuè Caij illud inſtitutum fuit, nefas ad Epiſcopatus apicem aſſumi eum, qui anteà per inferiores Eccleſiæ gradus, ordineſque exercitus, clarum ſui ſpecimen non dediſſet. Sæpe mortales, quò altiùs elati, eò proniùs ad deteriora prolabuntur, comper-

Caij Pontif. mors, & inſtituta.

Digitized by Google

taque, exploratáque proinde virtus, in arduo collocanda, ſenſim præterea cæteros regendi ars, non impetu aduenit. Caio extincto, Marcellinus Romæ ortus, ibidemq. claris Eccleſiæ muneribus diù perfunctus, Pontifex ſubrogatur.

Marcellinus Pontifex.

Ad vrbana deinde opera, Diocletianus, & Maximianus Herculeus Cæſſ. animum conuertunt; Thermas ingenti mole, magnifico ſumptu extruunt; ſudor ibi ad valetudinem firmandam excitabatur, excutebaturque. Mox otio, ac libidine allicientibus, voluptatis locus; tympanorum pulſu decantatis carminibus, frigentibus, calentibuſque odoris aquis, viri fœminis intermixti, corpora abluebant, ac blandiente laſciuia frequentabatur inertia. Ad eas exędificandas Maximianus Chriſtianorum militum, contra fas militaris diſciplinæ, opere eſt vſus. Septem fermè annos, alij humeris rudera, ac cæmenta portantes, alij coquendis, collocandiſque lateribus detinentur, ſimili ſeruitute, qua olim Iſrael à Pharaone in Aegypto, afficiebantur: ſed longè diſpar exitus: nam hi Tyrannidem tandem elapſi, ad patrias, auitaſque lacte, ac melle fluentes redière ſedes: illis verò

diutini

diutini laboris, ingentium moleſtiarum, ferro illata nex præmium fuit, at quò acerbior in terris finis, eò tranquilliori vitæ in cœlis initium. Verebantur ij, quibus nulla fides, ne Cæſari infida gens foret, laboribuſque alleuiata, cætum clandeſtinæ coniurationis haberent. Decem fermè virorum millia erant, ſi ijs, quæ Actis Marcelli Papæ ſcribuntur, fides danda; ſeu hic, ſeu minor, ingens certè fuit numerus. Triſte, ac funebre ſpectaculum; vbi ad culmen peruenit opus, extra portam tergeminam, vna cum Zenone Tribuno, ac Duce educti, eodem in loco vbi Paulus Apoſtolus martyrium ſubierat, interimũtur. Extant hodie cladis relliquię, oſſa, & cineres, ex quorum ingenti ſtrue coniecturari libet, non eadem die tantam perpetratam cædem, interualla tantum facinus poſcebat.

Nec modò veris nouas exquirendo pœnas, ſed inanibus quoque ludibrijs fides conflictabatur. Erat Geneſius hiſtrionum arte inſignis. is ratus Chriſti gentem, quãtùm re Cæſari inuiſam, tantùm ſi per iocum referretur, oblectationi fore, Chriſtianum in ſcœnam prodiens ſe fingit, deluditque mimorum more, habitu, voce, geſtu, aſpe-

Geneſis hiſtrionis mira conuerſio, & martyrium. ex Rõ. martyrol. ad diem 25. Aug.

ctu, arcana fidei, arcanos mores. At diuina miſerante clementia, ſalubri dolo, deluſor deluſus fuit; illuxitque illudenti, per iocum veritas. Dum baptiſma effingendo, luſtraretur, mirum: aqua, corpus iuxtà mentemque tangit. protinus religione tactus hiſtrio, quæ antea, habitu tantùm, voce, ac geſtu; mente tùm quoque exprimere, poſtremò ex mimo, martyr, veritate fabulæ fuit.

Semel concitus Diocletiani furor, ſanguine gliſcit, nec vrbis ſpacijs ſe continet, omnes prouincias, omnes terrarum occupat oras; cæde, ſanguine, vbique fides oppugnatur; ſanguine, cæde, vbique propagabatur. In Aegea Ciliciæ, Coſmæ, & Damiano fratribus medendi arte claris, dum languentibus corpore, æquè, ac ægris animo, ſalubrem afferunt opem, fides, quæ abdita operabatur vi, crimini datur; barbaro ſupplicio, ligatis manibus, pedibuſque in mare proijciuntur. Cum incolumes inde emerſiſſent, eò magis magicas artes ſuperſtitioni iunctas aucta opinio; in ignem, Lyſias Præfectus conijci iubet; eadem qua ex aquarum impetu vi, ex flammarum modò æſtu vegetiores redeunt; mare, ignis, veluti

Coſmæ, & Damiani martyr.

æquus

æquus iudex, à ſanctis viris nullo crimini obnoxijs, ſe continuerat; at humani Iudicis mens, inhumanè virtutem in crimen detorquens, haud ſæuioribus ſe temperat: iniqua percuſſoris manu nex, eodem Præfecto mandante, infertur. Eo illuſtri certamine, Diui fratres elementorum clementiam, humanam duritiem experti, Cœlorum tranquillitatem, Cœleſtium, perenni amore conſortium conſequuntur. At in Gallijs Thebæi milites pari cum duce certamine enituere. Gallię Amãdio, & Aeliano auctoribus tumultuauerant; eos vt compeſceret, Maximianus Herculeus vrbe profectus, vbi ab Rhodanum amnem peruenit, in pugnam inſtruit aciem; primùm omnium ſacrificijs propitios Deos reddere parat. Cùm pariter milites Dijs litarent, Thebęorum legio induci ad id nunquam potuit. Igitur Mauritius Dux ferro interimitur, tum deinde decimus quiſque ſorte lectus ſecuri percutitur. Tradidere id non modò noſtri auctores, ſed & Eutropius ethnicus Scriptor. Alij quoque, in Gallijs martyrio clari fuere, Victorinus Pictauienſis Epiſcopus, Sueſſione verò Criſpinus, & Criſpinianus.

Thebæi milites cum Mauritio Duce. ex Martyrol. Ro. x. calen. Oct.

Ex Etrop. lib. 9. hiſtor.

Martyres Hiſpanos ſub Diocletiano cecinit Prudentius ſuis hymnis.

Nullibi, quàm in Hiſpanijs acerbiores toleratæ pœnæ. crebris cædibus actum ibi de Chriſtiana re: penitus eliminata, quæ mox vegetius, viridiuſq. germen dedit, videbatur, vt propterea Dacianus Prouinciæ Præfectus ex impietate facinoris, gloriam quærens, Cæſares adulatus, Cluniæ columnam in rei monumentum, ea inſcriptione erigi voluerit.

Diocletianus Iouius, Maximianus Herculeus

Cæſſ. Auguſti.

Amplificato per Orientem, & Occidentem Imper. Rom. & nomine, Chriſtianorum deleto, qui Remp. euertebant.

Cæcutiebat in aprico humana mens; vbi ſalus, ibi perniciem rebantur. Alijs quoque ſpeciosè verbis, re inanibus, ac ſubdolis titulis in crimine gloriam fouebant.

Diocletiano Cæſ. Auguſt.

Galerio in Oriente adoptato, ſuperſtitione Chriſti vbique deleta; Cultu Deorum propagato.

Valen-

Digitized by Google

Valẽtiæ inter eas hoſtiles procellas, Vincentij Cæſaraguſtani iuuenis, fidei vis, quæ timorem propellit enituit. acri erat ſpiritu, & Diuino eloquio facundus: dum hoſtile ſæuiret ferrum, palam profitendo incedit. non minis, non terroribus retardatur arcana vi animi robur: potentior in eo, abditæ vitæ ſpes, quàm apertæ mortis, metus fuit; adeò vt ſupra humanam imbecillitatem, equuleo tortus, dein ignita crate diſtentus, vitam potiùs, quàm fidem exuerit. Eo illuſtri certamine, æquè tùm Valentia Leuita Vincentio, ac olim Roma Laurentio Diacono decorata fuit; par mortis genus, par fortitudo, par gloria.

D. Vincentij Diaconi Valẽtiæ, inſigne martyrium. ex Actis, quæ refert Surius 22. Ian. & Metafr.

Non minorem conſtantiam in mulieribus, ac in viris, nam eadem Fides abdita vi in vtroque ſexu operabatur, cerneres. Agnes, & Lucia illuſtres habentur; vtraq. flore ætatis tanta animi contentione, quãta cæteræ pares conditionis puellæ ad eas anhelant, nuptias aſpernata, nouitate rei Chriſti cultum detexit. Id vero in crimen inexpiabile ſine victima interpretabatur, vtraque victima fuit. Agnes Romana virgo claris orta parentibus, in ardentem rogum injcitur. tùm verò in duas diuidi par-

D. Agnet. virg. certamen, de qua latè D. Ambroſ. de virg. & D. Hieron. epiſt. 8. ad Demetr.

tes

tes flammam, mediamq. inter eas illæſam puellam cerneres. Cæterùm cui res ſenſu expertes damnum inferre verebantur, iniqua percuſſoris manus gladio mortem intulit. Via Numentana in proprio prædio corpus conditum: nec multos poſt annos datus ibi à Conſtantia Conſtantini Auguſti filia magnifico Tẽplo honos. Aegro corpore, ægra mente incurabili vlcere Conſtantia ad virginis tumulum acceſſerat: ibi dum multis cum lacrymis preces effunderet, firma protinus valetudine obtenta, lacrymas in lætitiam Virgo vertit, rependitq. inſigne beneficium Auguſta eo cultu, eo magnifico, quo potuit honore. Non abſimilis vitæ exitus Syracuſis Luciæ fuit: in feruentis olei dolium immiſſa, mox in ignẽ coniecta, purior, & vegetior euadit. at barbarus percuſſor gladio guttur transfigit. Corpus quod viuens inſigni coruſcarat prodigio, exanime quoque miraculis præclarum fuit; inde Conſtantinopolim, dein Venetias tranſlatum, ſummis honoribus, celebri cultu colitur.

Luciæ martyrium. ex Martyrol. ad diem 13. Decemb.

Dum hoſtile vbique inſtruitur, exerceturq. ferrum, non defuère qui ingenij quoque vires aduerſus abdita Fidei arcana acue-

acuerent. Porphyrius is fuit, philoſophia inſignis, eiuſq. oſtentatione in impietate erroris, ſapientiæ, ac eloquentiæ gloriam quærens, plures in eam ſententiam libros edidit, quos Lactantius è noſtris pari facundia, æquiori iure refellit.

Porphyri⁹ philoſophus impugnat fidei arcana, ſed calũnias Lactãtius refellit.

Aucta & in fideles Cæſaris ira, ob Manichæorum qui irrepſerant, vigebantque mores. Hi ſub eodem Chriſti vexillo cum eis ſe degere profitentes, longè Fide diſpares, à naturæ officio abſonos inuehebant mores. Par crimen in eis, qui pari enoteſcebant vexillo, Cæſar ratus, haud diſcriminatæ pœnæ; non modò in caput, ſed in monumenta ingenij, ſanctionibus editis, quæ Iuſtinianeo Codice referuntur, quantùm in eos æquè, tantùm in hos iniquè inuehitur.

Occaſione Manichæorum ſęuitum quoque in fideles.

Eliminatis fidelibus, Fidei quoque, ac religionis veſtigia, monumentaq. delere Diocletianus parat; nam non minùs in homines, quàm in lapides, reſq. inanimes, is qui humani sẽſus expers erat, immitis fuit. ſacella & arę per omnes terrarum oras proſtratæ ſolo æquantur, literarum ad religionem ſpectantia monumenta vbiq. conquiri, flammiſq. tradi, edicto monet. Non potuit

Diocletiani edicto Templa diruuntur, ſacrę Literę igni dantur. Ex Euſeb. 3. hiſt. 3.

tuit tamen preſenti potentia, futuri æui memoriam delere; nam tum ea, tum anteacta martyrum certamina, accepit poſteritas. Erat Nicomediæ decorum Templum; natali Chriſti Regis die, celebri frequentia, dùm fideles eò adirent, Maximianus Imperij conſors æquè ſuperſtitione, ac ſanguine ebrius ignem inijcit. Fuitq. eodem in loco cremata victima, & ara.

Marcellini pp. lapſus, & martyriũ. ex Actis quę referuntur tomo 1. Conc.

Vltimus qui pro Fidei confeſſione ſpiritum in eo hoſtili furore effudit, Marcellinus Pontifex fuit. Aequum videbatur, vt Eccleſiæ Princeps vel anteiret, vel martyrum agmen concluderet. In antiquis literarum monumentis inuenio, Marcellinum biennio ante, quàm occumberet, ſeu minis, ſeu precibus Diocletiani conceſſiſſe, vt in Templo Veſtæ idolis immolaret; facinus deinde animo voluentem, multo cum dolore, ac lacrymis, Sinueſſæ, quæ vrbs eſt in Campania, frequenti Patrũ habito conſeſſu aperuiſſe crimen, ſimul Pontificatu indignũ ſe clamitando, vt eo munere, quo oneratus magis quàm honoratus eſſet, exoluerent deprecatum, Patres nullam in Eccleſiæ Principem poteſtatem ſe habere ratos, in hæc fermè verba iudicium in Iudicem

decli-

declinaſſe. *Prima ſedes à nemine iudicabitur: tu reus, tu Iudex: noli à nobis iudicari, ore tuo iuſtificaberis, ore tuo condemnaberis.* Hæc licet D. Auguſtinus, dùm aduerſus Donatiſtas Marcellini cauſam fouet, diſertè inficiari videatur, nuper verò Card. Baronius multis argumentis in dubium reuocet, conſtanti tamen opinione vulgò fidem inuenère, & in actis eiuſdem Pontificis, quæ tomo Conciliorum referuntur, inuenio. Nouem fermè annos Eccleſiæ regimen Marcellinus tenuit, nulla alia re, quàm fine, quo ei martyrij palma, glorioſus; decorauitq. vitæ exitu, vitæ lapſum; conditus eſt via Salaria in cœmeterio Priſcillæ. Marcellus Romanus 25. poſt diem ad Pontificium culmen euehitur. Hunc nonnulli inter Romanos Pontifices non numerant, fortè ob nominis ſimilitudinem, eundem cũ Marcellino rati; ſed longè aberrare, Optati, & Auguſtini monet auctoritas. veteres etiam de Romanis Pontificibus tabulæ, non obſcurè errorem detegunt.

Ex D. Auguſt. de vni. baptiſ. contra Petil. & Baron. ad annũ Domini 302. n. 12.

Marcellus PP.

Ex Optat. lib. 2. cont. Parm. Auguſt. epiſt. 165.

Primus Marcello in Pontificatu annus, qui 304. à Chriſti ortu, vltimus in Imperio Diocletiano fuit. Eccleſiæ atrox, & lugubris Principatus, at rei Romanæ vndique exter-

externis hoſtibus conflictatæ leuamen; nam Diocletiani ope, conſilioq. Africanarum Legionum motus ſedati, Achillei res nouas Alexandriæ molientis rebellis contumacia refracta, Narſeus Perſarum Rex cum ingentibus copijs fuſus, profligatusq. Galliæ perdomitæ. xx. fermè annorum ſpacio prælijs, publiciſq. munijs intentus, Imperatorem, Principemq. ſe geſſit. Vbi primùm deuictis hoſtibus, orbem pacatum redidit, florentibus iam rebus, Nicomediæ, Imperio ſe abdicat, deligitq. Cæſares; quantùm olim publicis curis intentus, tantùm tùm in malum otium reſolutus. quod ſi animi magnificentia id præſtitit, non tædio nouæ curæ; incertum, tot toleratis bellis, fortiùs ne orbem imperando tenuerit, an reliquerit. Tradit Euſebius Diocletianum ægro corpore, ægriori mente, vel leuiſſimis curis imparem, amentia laboraſſe, eamq. vt Imperium abijceret impuliſſe. Cui ne aſſentiar me mouet, quod Maximianus Imperij conſors, exemplum ſequutus, eadem die quæ 11. cal. Martij fuit, Imperio ſe abdicauit. Quis enim credat tanta in re, Maximianum furentem Principem imitatum? vel ægra corporis valetudo, ac propè exhauſta ſene-

Diocletianus Imperio ſe abdicat.

Euſeb. 8. hiſt. 25.

ſenectus, vel curarum ſatietas eum ad tranquilliora impulit. Diù quoque reliquam ætatem Salonis in Dalmatia non longè à patrio ſolo, longè à Reip. curis, agro colendo, venando, hortorum amenitati quoque intentus, tranquillè deguit. Ea amenitate vitæ delectatus, cùm in turbido deinde rei Romanæ ſtatu, literis, nuncijſq. à Senatu Populoq. Romano rogaretur, vt Imperij regimen reaſſumeret; eſſe in Rep. tot illuſtribus viris ſubnixa, qui fortiter, ſapienterq. regerent, ad eos munia deferrent, ſibi quidem nunquam antè aliàs ſicuti in eo receſſu tranquillos, lætoſq. affulſiſſe dies, reſponſum dediſſe tradunt Scriptores. Ita rara dominantium vitæ commutatione, anguſtia villæ, quàm orbis amplitudo, charior ei fuit.

Conſtantius Chlorus, & Galerius Maximianus, quem alij Maximinum appellant, Imperium ad quod Diocletianus deſtinarat, eodem anno inter ſe diuisère; longè diſpares ingenio, ille mitis, ac clemens, Gallias, Hiſpanias, Italiam, Africam; hic atrox, & ferox, Illyricum, Græciam, cæteraſq. Orientis Prouincias obtinet. In Britannia Conſtantius Imperij capeſſit initia. Conſtantius, & Galerius Maxim. Cæſſ.

Is Dio-

Is Deorum magis, quàm Chriſti cultui addictum ſe oſtentans, pertentat protinus ſalubri dolo fidelium, qui aulam Principis ſectabantur animos. Cùm Idolorum cultores, gratia apud Principem, honoribus, ac Reip. munijs anteirent, cæteri poſtpoſiti viderentur, aulici quibus mirum ſemper adulationis aucupium, in varias diſpartiuntur curas: & fuere qui turpi adulatione Cæſarem adulati, Fide nutarent; plures Principi obnitentes perſtitère. hos Princeps verſo rerum ordine fouit, extulitq., illos cum ignominia demouet, proijcitq. ex aula; Principi quoque infidos fore, qui Deo fidem abnegarent, dictitans.

Cæterùm Galerio ſtruente, ſopitus magis, quam extinctus Diocletiani furor apparuit; nihilo ſegnius in Oriente, mox in Italia ſæuit. Ingens fuit numerus, qui conſtantia mortis fidem decorauere. Clari Demetrius Proconſul (is Teſſalonicæ dum fidem fatetur, lancea transfigitur) Vlpianus nobilis adoleſcens Tyri: in Ponto Theodorus, Cæſareæ in Cappadocia Barlaham ruſticus habentur. Ibidem Dorotheæ puellæ virtus, fides, non modò ſupra ſexum, ſupra ætatem, ſed ſupra naturæ ordinem, na-

Dorothea virgo. Ex actis apud Surium 6. Febr.

turæ

turæ vires, miraculo enituit. Ad ſupplicium ducta gladium in mortem irrupturum hilari fronte expectat. Tum verò hac vna via, aditum ad cœleſtem ſponſum in paradiſo ſe habituram dictitat; irridentibus cunctis, mitteret è ſponſi paradiſo, amęnoq. viridario roſas, per iocum (erat enim tum ſumma hyems) proclamat vir quidam, cui Theophilus nomen. Tum verò longè ab expectatione puer, tres rubicantes manu gerens roſas ſeſe puellæ protinus oſtēdit; ad Theophilum ſimul iubet Dorothea deferri. Fructus ex intempeſtiuo flore, iſque fides fuit. Protinus Theophilus abditam fidei vim intelligens, perpetuo ſe cultu, Chriſto dicat. Longum eſſet recenſere quibus toleratis pœnis non modò viri, ſed ſexu, ac ætate labiles puellæ, conſtantia mortis, fidei teſtimonium dederint. Tarſi in Cilicia, Pelagia virgo, Cæſareæ in Paleſtina Theodoſia, vtraq. flore ætatis, martyrij palmam, diuerſo mortis genere, pari gloria conſequuntur: illa in candentem bouem: hæc, in impetuoſum mare coniecta. Eadem ex cauſa, eadem in vrbe, Pamphilus ſacratum literarum ſcientia clarus, capite truncatur. Eum Euſebius, qui res in Eccleſia ab

Pamphili martyrium. Ex D. Hier. de ſcript. eccleſ. in Pāph. & Euſeb. 8. hiſtor. 12.

ortu Chriſti geſtas in hiſtoriam contulit, ita coluit, vt in nomen adſcitus, Euſebius Pamphili dici voluerit.

Anno à Chriſti ortu 303. in Italiam, ſuperſtitione, ac ſanguine ebrius irrepit furor. Ianuarius Beneuentanus Antiſtes, feris beſtijs dilacerandus traditur (cum ſe illæ, mites lingua pedes, corpuſq. lambentes exhibuiſſent, in ardentes flammas cremandum inijciunt, at incolumis ab impetu ignis, ſanctus vir euadit; Tandem cui res ſenſu expertes, ipſæ feræ beſtiæ damnum inferre non audent, iniqua percuſſoris manus, caput obtruncando necem *intulit*. Non defuere piæ fœminæ, quæ manantem cruorem anxiè vaſis colligerent, ac celebri ſeruarent cultu. Id initium, cauſamque perenni miraculo dedit; nam concretus, obduratuſq. temporis diuturnitate cruor, quoties truncato capiti propinquus fit, protinùs veluti ſenſus, ac vitalis ſpiritus compos factus, lætitia geſtiens, liquefactus mirum in modum æſtuans ebullit. Neapoli, vbi caput, cruorque ſelemni celebritate coluntur, hodie quoque tantò admirabiliùs, quantò remotiùs à geſta re, id cernere fas eſſe, conſtans fama eſt.

D. Ianuarij certamen, & ſanguis ebulliens. ex Actis quæ refert Baron. ad annum 305. & Surius xix. Septemb.

Anno

Anno à Chriſti ortu ſexto ſuper ter centeſimum, Galerius Maximianus in Italiam contendens, Maximinum Sororis filium, ac Seuerum, in Imperio collegas ſibi iungit, illi Africã, huic Italiam aſſignat contentus ipſe Illyricorũ Imperio. Erat in vrbe Conſtantinus Conſtantij Imperatoris filius, paternum faſtigium ſpiritu, ac bellica gloria redolens; exciturum id æmulatione gloriæ, ac dominãdi cupidine, generoſi iuuenis animos, ſatis apparebat: eam formidinem vt anteuerteret, neue quid noui moliretur, cuſtodes ei apponit; tegitq. eo præſidio, regni metum, religionis imagine, Conſtantinum vt Chriſti cultui obnoxium, inſimulans; Non vicit tamen quod fato datum erat humanis conſilijs; (nec fatum quidpiam reor præter diuinæ mentis Cauſarum ſeriem prædefinientis ab æterno libitum). Conſtantinus vt erat impigro ingenio, ſolertia ſingulari, cuſtodes, conceptamq. ſpem fruſtratus, celeri itinere ad Patrem in Britannia tùm agẽtem properat. Nec diù ibi, vt ſunt mutabiles rerum vices, priuatim manſit; breui Conſtantius vita fungitur, tolliturq. Conſtantinus militari plauſu ad paternum faſtigium.

Maximinus, & Seuerus Ceſſ.

Conſtantinus Imper. conſalutatur.

Prima militiæ rudimenta ſub Galerio acceperat, breuiq. magnus Dux eſt habitus, quæſiuitq. ingentem Sarmatis deuictis militarem gloriam. Conſtantini natale ſolum, ob ſcriptorum diſſenſionem incertum. Tradit Nicephorus, Conſtantium in Perſiam à S.P.Q.R. delegatum, medio itinere Drepanæ in Bithynia hoſpitio acceptum; ibi Helenæ hoſpitis filiæ forma, ac venuſtate præcellentis puellæ, amore captum, concubitum expetiuiſſe, eoque ex complexu Conſtantinum progenitum. Nec diſſentanea ſcribit Sozomenus; tradit præterea Drepanæ oppidum, ab Helena deinde publicis, priuatiſq. ædificijs, magnificè auctum, exornatumque, Helenopolis nomen obtinuiſſe. Cæterùm in Britannia, quæ Celticæ Galliæ pars eſt, non in Bithynia ortum, Panegyrico coram ipſo Conſtantino Cæſare, & Fauſta Auguſta nuptiarum die habito, diſertè traditur; magiſq. in hanc partem Card. Baronius diligens antiquitatis inueſtigator propendet. facileq. fuit, inquit Baronius, impreſſoris inertia mendum irrepere, vt pro Britannia Bithynia ſcriberetur; deditque Drepanum Bithyniæ oppidum ab Helena auctum, errori fomentum. An

Ex Niceph. lib. 7. cap. 18.

Ex Sozom. hiſt. lib. 2. cap. 1.

Helena

Helena maritali vinculo Conſtantio adhæſerit, non ſatis inter authores liquet. Zonaras pro certo affirmare non audet. Eutropius coniugem fuiſſe ſcribit, ſed obſcuro loco natam, & à non nullis apud D. Ambroſium in Oratione funeris Theodoſij, ſtabularia creditur. Contrà recentiores nonnulli, claris natalibus ortam tradunt; nec probabile videri Conſtantium, niſi à claro, præpotentique viro, hoſpitio acceptum. Adeò maxima quæque ſcriptorum ira, ſtudioue, ambigua, & gliſcit error poſteritate. Illud certè cõſtat, paternum Conſtantini genus, clarum ex gente Flauia, in qua Veſpaſianus, alijq. Romani Principes floruerint.

Ex Zonar. lib. 3. Annal. in Cõſtant. Eutrop. lib. 10.

Romæ, vbi audita eſt Conſtantij mors, ſimul & Conſtantinũ filium ad paternũ faſtigium elatum, Maxentio ſtruẽte, tumultuari cæptũ. Maximiani Herculei filiã hic ſibi matrimonio deſpõderat, propter quas nuptias Imperio proximus, opibus præpollens, multos Romanos proceres, familiari amicitia ſibi iunxerat; ingentibus etiam donis Prætorianum militem deuincit; horum ope, atque fauore, haud dubiè Romanum Principem agebat; magiſq. credidit pronis popularium animis, firmatum ſibi Imperium, dum pro-

ſtrata Conſtantini imagine, ſui effigiem ſuffectam vidit. Ea ſpe erectus, haud vacuus erat formidine animus, verebatur, ne fidelium multitudo, quæ in Conſtantinum videbatur propenſior, aliquid noui moliretur. Eam formidinem, vt anteuerteret, non alienum ſe à Chriſti cultu ſimulat. ita regnandi cauſa, (vt plerumque) ſimulatamente religionem induit. Tum Marcellus Pontifex, ex ſimulata Principis religione, Fidei veritatē, Eccleſiæ decus fouendi, occaſionem aucupans, finitimorum Præſulum Concilium aduocat, tùm alia eo patrum cætu, tùm præcipue in xxv. regiones vrbs diuiditur, ſinguliſque in locis ſacræ ædes erectæ; aurum, argentumq. multum ad id opus perficiendum, Priſcilla genere, ac pia largitate illuſtris, contulit; perfecto opere Pontifex presbyteros, qui populum edocerent, ſacroſq. peragerent ritus, aſſignat.

Maxētius Chriſti cultūſimulat. ex Euſeb. 8. hiſt. 26.

Eodem anno, atroci ſchiſmate, quod diù valuit, adoleuitq. poſteritate, Africana Eccleſia agitari cæpta, Menſurij Carthaginenſis Epiſcopi mors, dum alij alios ſubrogare contendunt, occaſionem, initiumq. dedit. Pro Cæciliano fauor populi, cleri amor. Is per Eccleſiæ munia exercitus, ſeuero ingenio,

Africanū ſchiſma, & Donatiſtarum hęreſis. ex Optat. lib. 1. Con. Parm. & D. Aug. lib. 1. contra eundē.

Digitized by Google

nio, probæ virtutis, priſcum ad morem, eò bonis carus, prauis infenſus, Lucillæ præſertim fœminæ inuiſus. Hæc genere, forma, diuitijs, ſed multò magis ingenij vehementia pollens, nam dicax, comis, audax pluſquàm neceſſe eſt probæ, vbi Cæcilianum in Pontificia ſede ſuffectum vidit: per bonas, malaſq. artes deturbare, Maiorinum, quem domi ab ineunte adoleſcentia liberali cultu educarat, ad idem tolli faſtigium contendit; incertum magis in Cæcilianum ira, an in Maiorinum amore; turbas concitando vnius fœminæ muliebre ingenium, populi, cleriq. ſtudio anteiuit; datis per vniuerſam Africam literis, Prouinciæ epiſcopos, Præſuleſq. aduocat. Vbi vnà conuenère, variè Cæcilianum criminando, nec modò crimina obiectans, ſed virtutes in crimen detorquens, pro ſeuero trucem, pto ſolerti ſubdolum, pro modeſto ignauum, pro continenti ſtupidum, exiguiq. ſpiritus; obtinuit in eo Patrum cœtu, vt Maiorinus, quem magnifica oratione extulit, in Pontificia collocaretur ſede. Cæcilianus inſons è ſede pulſus, nullo niſi innocentiæ præſidio ſuffultus, Romani Pontificis iudicium appellat. Non difficile fuit apud non ſuſpectum iudicem,

ira, ac amore vacuum, falsò iniecta crimina diluere. Pontifex, bonam, iuſtamq. cauſam, Cæcilianum aduerſus muliebres calumnias fouere intelligens, in priſtinum honorem, dignitatemq. reuocandum reſpondit. Haud quaquam vt par erat, Pontificio reſponſo, controuerſiæ finis, ſed ſemel irritatis animis, atrocioris ſeditionis, ac ſchiſmatis initium. Rurſus muliebri perfidia, ſeptuaginta ex Africa epiſcopi vnà conueniunt; confeſſu, Concilioq. habito, maluère deteriùs errare, quàm erraſſe videri; propriæ quoque authoritatis augendæ cupidine cœci, ſtabili decreto firmum, fixumq. haberi volunt, omnes Eccleſiæ Præſules pares dignitate cenſendos, nec vrbis Romæ Epiſcopo, cæterorum Præſulum iuſta decreta infringere fas eſſe. Ita temerario auſu irrefragabilis Romani Pontificis authoritas eluſa, eliſaq. à Romana Eccleſia, quæ cæterarum mater, ac magiſtra habenda, ſciſſi, diuiſiq.; & breui in pernicioſas, quæ diu miſerum in modum, vt in tempore memorabo, Africanam Eccleſiam labefactauere, inciderunt hæreſes; ijſq. adhærentes, Donatiſtæ à Donato hæreſis propagatore, appellati.

Anno à Chriſti ortu ſeptimo ſuper ter-

cente-

centeſimum, Conſtantinus Fauſtam Maximiani Herculei filiam matrimonio ſibi iungit; nec eæ nuptiæ, vt apud bonos charitatis vinculum, ſed ſubdolo Maximiani ingenio, irarum incitamentum. Imperio is inhians, præceps ad explendam animi cupidinem, moliri, parare, quibus per dolum Conſtantinus caperetur: tegebanturq. inſidiæ inimici ſoceri, affinitatis imagine, eò accommodatiùs ad fallendum, quò maior propinquo fides. Nec diù in occulto, Fauſta filia detegente, conceptum facinus. Fauſta, viri incolumitatem, ſecuritati patris prę-ferendam cẽſens, inſidias Conſtantino aperit. Herculeus vbi conatus, conſiliaq. omnia patefacta, nuda, apertaq. ſenſit, tùm demum immanitatem ſceleris intelligere, menteque voluere; confractus animo, rerumq. omniũ deſperatione permotus, Maſſiliam confugit; nec ibi, conſcientia ſceleris agitatus, ab vltrice Conſtantini ira tutum ſe fore ratus, propria manu ſe tandem confecit. Sunt qui tradant à Conſtantino Maſſiliam vſque inſequutum, captumq. iuſſum laqueo lictoris manu ſpiritum intercludi, gulamq. frangi; luitq. atrocitate pœnæ, immane facinus.

Maximianus Hercule⁹ ſtruit Conſtant. inſidias luitq. pœnas. ex Zoſ. lib. 2. & Victore in Maximiano.

Dum

Seueri aduerſus Maxent. bellum. Ex Zoſ. li. 2. & Eutrop. lib. 10.

Dum hæc in Gallijs geruntur, ſtruebantur in Italia non minùs atrocis belli initia; Seuerus Cæſar, cui, vt ſupra memoraui, à Galerio Italiæ Imperium decretum erat, aduerſus Maxentium vrbis inuaſorem, ac occupatorem, cum ingenti exercitu contendit. Nec hic, vt oppugnaretur expectandum ratus, in aciem copias eduxit. Non vbi ius ſtabat, victoria fuit, primo congreſſu hoſtem fundit, fugatq. Rauennam vſque inſequitur. Ibi Seuerus poſtquàm reliquias recentis cladis, diſperſos, fugatoſq. milites in vnum collegiſſet, extrema experiri in animum inducit; nulla re, quæ ſtrenuum, fortemque virum decet, prætermiſſa, dum incautiùs hoſtium agmen ſubit, ſeu vt alij tradidere, per inſidias confoſſus, interijt.

Petri Alexandrini Epiſcopi, & Luciani Antioch. presbyteri martyriũ. Ex Euſeb. 7. hiſtor. vlt.

Eccleſia interim in Oriente à Maximino bonorum proſcriptione, exilio, cædibus vexabatur. In eo turbido motu Petrus Alexandrinus Epiſcopus, & Lucianus Antiochenus presbyter, fortiter tolerata nece, cęteris conſtantiam auxère; vterq. capite obtruncatus; Petrus eodem fermè in loco, vbi Marcus primus Alexandrinæ Eccleſiæ antiſtes, martyrij coronam conſequutus fuerat; Lucianus Nicomediæ. Hic pridie, quàm ad ſuppli-

Digitized by Google

ſupplicium duceretur, obdurato in necem animo, luculentam, audiente Maximino pro Fide apologiam edidit, erat enim ſacrarum literarum ſcientia illuſtris, Hebraicis, Latinis, & Græcis literis eruditus, idq. eius monumenta ingenij indicant, nam ſacrarum literarum oracula, multis, quæ in græcũ textum, irrepſerant mendis collatione cum hebraicis literis habita, germano nitori reſtituit. Oratio apud obnoxios ſuperſtitioni animos, magis irarum incitamentum; nam in viuentem, mox in exanime corpus ſæuientes, in mare proijciunt. Tùm verò, qua ſe mortalium mens exuit humanitate, feræ beſtiæ induère: Delfini medio profundo, altoq. pelago nantes, humeris corpus geſtãt, Drepanum vſque deferunt, ibique tumulo datus honor.

Ex Surio ad diem 7. Ianur.

Cum vbiq. ſæuiret perſequutionis furor, nobilis Alexandrina puella Catherina ſupra ætatem, ac ſexum facinus aggreditur, Maximinum adit, cui poſtquàm Euangelicæ doctrinæ arcana reſeraſſet, impium in Eccleſiam increpat furorem, Maximinus imparem ſe puellæ eloquio ſentiens, ſimul cupidus ad Idolorum cultum pertrahere, incertum religione, an cupidine, formæ venuſtate

Catherinæ Alexandrinæ virg. illuſtre certamen. Ex Euſeb. 6. hiſt. 26. & actis, quæ habẽtur apud Metafr. & Surium ſub die 25. Nouembr.

nuſtate illectus; viros ſapientia, ac doctrina conſpicuos aduocat. Vbi vnà conuenere, eloquentiam, ac ingenij acumen oſtentare nituntur, quiſque ex impietate facinoris præmium, ſi à propoſito Virginem demoueret, ex pernicioſo errore, ſapientiæ laudem præripere contendit. Poſtquàm cuncti loquendi finem fecère, Catherina tanto ardore eam, quam ab ineunte ætate hauſerat Fidem prædicare aggreditur, vt protinus omnes diuinitatem eloquij admirati, non modò animum, mentemq. mutarint, ſed ſuperſtitione abiecta, Euangelicæ lucis amore exarſerint. Ita dùm Virginis animum vertere pertentant, eiuſdem dicto vertuntur, ac præter conceptam ſpem, mentem mutauère. At in Maximini pectus, id altè deſcendit, puellam in cuſtodiam tradi iubet, ibi variè muliebrem pertẽtat animum: quem vbi firmum, conſtantemq. perſenſit, duriora experitur: rotam crebris, diriſque præcinctam gladijs oſtentat. ijs dum dirè dilacerandam exponit, ecce ingens miraculum, ferrum, rotaq. confracta in minutiſſimas partes ſcinditur. Tùm verò ferro ipſo durior, immanis Principis animus apparuit, magicis id artibus referens, Virginem

illuſtri,

illuſtri, claroq. genere, pudicitia inſignem, venuſtate, ac eloquio præclaram, percuti iubet; Catherina obdurato in necem animo, ceruices obtulit. Eo inuicto, ac plus quàm humano, nam diuino agebatur ſpiritu, animi robore, vij. calen. Decembris, glorioſum aditum in cælis inuenit; corpori verò cæleſtium ope ſummus datus in terris honos, nam in Synai Arabiæ montem, qui locus tum erat fidelibus à ſæuientibus Tyrannis in Oriente perfugium, Angelorum vi delatum tradunt; ibidemq. hodie ſumma veneratione, magnifico erecto Templo colitur.

Dum hæc per Maximinum in Eccleſiam ſæuè agerentur, mutatione Principis, noui Imperij ſemina iaciebãtur: nam Valens immoderato, vaſtoq. animo, manu promptus, bello, armiſq. Orientis Imperium fatigare, pleraſque Prouincias ſubigere; Maximinus, vt aduerſus inermem Chriſti gentem trux, ac ferox, ita aduerſus armatum hoſtem ignauus, ac pauens, conſternatus animo, voluere, menteq. agitare, quo duce, quoue Imperatore hoſti occurreret. Apud Solonam, ſeu, vt alij ſcribunt, Carnutum Celticum oppidum, longè à Reip. munijs, villarum amœnitati, venationi, agroq. colendo inten-

intentus, Dioeletianus degebat, vir militari gloria clarus, & qui xx. annorum ſpacio propulſis, eliminatiſq. Tyrannis, orbis regimen cunctis metuendus tenuerat; quantò intentus olim publicis curis, tantò tum in malum otium reſolutus. Non niſi tanti viri ſtrenua virtute, turbidos hoſce motus comprimi poſſe Maximinus ratus, maluit in tranquillitate Imperij collegam, quàm ſolus, turbidis in motibus rerum potiri, Diocletianum Imperij conſortem ſociandum ſtatuit. Diocletianus, ſeu extrema, & exacta penè ætate, non obiectandum ſe rurſus periculis ratus, ſeu tædio nouæ curæ, ac tranquillitate vitæ delectatus, oblatam Imperij conditionem renuit; nolle ſe Imperij partem, è cuius vniuerſa mole ſe abdicaſſet dictitans, nec vnquam ſicuti in eo ſeceſſu, tranquilliores ſibi affulſiſſe dies. Diocletiano renuente, ignarus infidam ſocietatem regni, Licinium Dacia oriundum, vetuſta conſuetudine perfamiliarem, & bello ſtrenuum deligit. & donec aduerſus inuaſorem, communemq. hoſtem, bellum manſit, pari concordia viguère. Valente victo, debellatoq. haud æquo animo Maximinus patiebatur ſocietatem regni, igitur in ſeipſos ar-

ma

ma conuertere, alter in alterum atroci bello ſæuire; donec amoto Maximino, Licinius ſolus Oriente potiretur, taleſq. grates, viro afro, ac ſubdolo, collega infidus, ingenti beneficio rependit; ſed quo deinde ludibrio fortunæ, vterq. conflictatus deceſſerit, in tempore memorabo. Biennio deinde, nihil memoria dignum, quod ad nos peruenerit, innenio.

Maxentius Vrbis Tyrannus Eccleſiam inſectarur.

Anno à Chriſti ortu trecenteſimo nono, Maxentius diutina Imperij poſſeſſione firmatis viribus, ſimulatam religionem exuit; præceps ad explendam animi cupidinem in ingentia ſcelera libidinem ſimul, ac ſæuitiam ruit, fœminas pudicitia inſignes inſectari, in abnuentes vim intendere, ferro Chriſti gentem eliminare; & fuere, qui ſibi conſciſſa morte, imminens euaſere dedecus; nã Sophronia nobilis Romana mulier, corporis forma, ac venuſtate præclara, dum ad Cæſarem rapitur, quæſito breui temporis ſpacio, quo ornatiùs ad Principem incederet, cubiculum ingreſſa, gladio pectus tranſfigit, mortuaq. concidit. An iurę id à Sophronia geſtum, iure ambigas, nemo vitæ dominus; & cæteris, & ſibi mortem conſciſcere par nefas: at diuino arrepta furore,

Ex Ruffin. 8. hiſt. 7.

Sophronia Romana virgo mortem ſibi conſciſcit.

re, ea ſoluta lege virgo, raptaq. ad eum, qui abdito afflatu legem exoluerat, fuit.

Non minùs, quàm in Oriente Maximini furore, in vrbe Maxentij ira, parùm tuta Fides; à ſummo capite exorſus, Marcellum ſummum Eccleſiæ Pontificem nouo pœnarum ludibrio affligendum cenſet: vilibus ſeruitijs mancipatum in ſtabulum detrudit, iumentorum cuſtodiæ damnat. Ibi fœditate loci, fame, ſquallore, Pontifex egregiæ virtutis, magnarum opum arbiter (nam vt ſupra memoraui, aurum, argentumque multum ſacellis ædificandis erogarat), breui extinguitur; poſtquàm quatuor fermè annos, dies quinquaginta quinque, haud modica parta gloria, Eccleſiam rexiſſet; datus corpori honos, vt in cœmeterio Priſcillæ, via Salaria conderetur. Tradunt acta Pontificum, eodem in loco, vbi viuendi finem fecit, ſacellum à Lucina pia fœmina poſt Maxentij mortem conditum. ita mutato rerum ordine, quod antea ferarum ſtabulum erat, Marcelli decoratum obitu, Cæleſtium ara, Numinis Templum euenit. Vigeſimum poſt diem, Euſebius natione græcus, in Pontificium ſuccedit onus.

Marcelli Papæ obitus, ex vitis Pontif.

Euſeb. Papa.

Sunt qui ſcribant, Euſebio Eccleſiam regente,

gente, Crucem qua humano generi Cœlum reſeratum, humi latentem Caluario in monte inuentam. Tradidit id Damaſus antiquus author. At Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcopus, qui Conſtantini tempore floruit, Ruffinus, Socrates, Sozomenus, alijque, decimumquartum poſt annum ſub Silueſtro Romano Pontifice id contigiſſe tradunt. Nam poſt deuictum Maxentium Tyrannum, Helena Conſtantini Auguſti mater, egregias ſub ſigno Crucis datas filio victorias animo voluens, Chriſti ope pacatum Imperium intelligens, cupido Hieroſolymam adeundi, Crucemque ipſam inquirendi inceſſit. Vndique ibi colle perluſtrato, tres tandem iuxta tumulum, vbi conditus Chriſtus fuerat, humi latentes conſpicit Cruces. Anceps primò erat Helena, in qua nam ex eis Chriſtus mortem obijſſet: inuento, habitoque eo, quod ardentiſſimè expetebat, maiori adhuc ſollicitudine, angebatur, hæſitabatque animus; cũ ſtatim miraculo edito, dubitatio omnis longè propellitur. Macharius Hieroſolymitanus antiſtes, abdito numinis actus afflatu, ſingulas Cruces diutina febri languenti fœminæ propinquandas monet; ita

Crux quando ab Helena Caluario in monte reperta.

Ex Cyrill. qui ſub Conſtantino floruit, catech. 4 10. & 11 Ruff. lib. 10. Socrat. lib. 1. Sozom. lib. 11.

etenim humanæ salutis instrumentum, facile fore, vt certo, claroque signo innotescceret. Cùm nullum morbo leuamen prima, nec secunda attulisset, tertia vix languentem mulierem attingit, cùm protinus pristinæ redditur valetudini; apparuitque ex salubri ope, salubre Crucis signum, quo humano generi per Christū defixum salus. Illud Helena, coeteriq. læto pioque cultu adorant, summis honoribus extollunt. Mox dum ad patrias redire sedes Helena in animum inducit, haud conquiescere potest, si procul ab eo, quod ardentissimè expetierat, nuperque diuino planè munere obtinuerat, longè abiret. At eum ipsum locum, vbi per salubre signum humano generi salus, insigni gloriæ monumento, tantoque tropheo, inanem vacuumque reddere nefas. Ancipiti cura dùm angeretur, Antistes rationem init, qua Hierolosolymitanæ vrbis gloriã illibatã seruaret, simul mulieris pietati occurreret. Cruce à sũmo vsque deorsum per mediũ ita diuisa, vt suis partibus integra appareret, partem alterã Hierosolymis Caluario in monte, eodem in loco, vbi Christus in ea affixus mortem obeundo vitam mortalibus, Cœlumque

rese-

referarat, collocandam ſtatuit. Nec inſcia Helena ſalubre ſignum haud minus opitulari parte, quàm toto, eandem planè vim, eandemque opem ſingulis partibus, ac vniuerſis continere; parte contenta, eadem ipſa diuiſa, Oriens, & Occidens decorari voluit; Conſtantinopolim Orientis caput ad filium defert, partemque in Vrbem Romam tranſmittit; ibidemque in ædibus Seſſorianis magnificam ædem, vbi coleretur, (quæ deinde Templum Sanctæ Crucis in Hieruſalem dicta eſt) erigi voluit. Clauos quoque obtinuiſſe memorant; mox eorum ſalubri ope ab imminenti mortis diſcrimine immunem. Nam dum per Adriaticum mare deferretur, ſæua exorta tempeſtas, vndique fluctibus quaſſat nauim, tum Helena alterum ex clauis, æſtuantibus vndis immittit, ac ſtatim tranquillitas mari reddita; cæteros Conſtantino filio, eò alacriùs ad maiorem ſpem erecta, defert, quò triſtior caſus, quò propè metum res fuerat.

Templum S. Crucis in Hieruſalem, Romæ ab Helena erigitur.

Clauorum, quos Helena, obtinuit miraculum. Ex D. Ambr. in orat. fun. Theod. Imper.

Conſtantinus diuinam in eis inſitam vim intelligens, altero Imperatorium diadema, regiumque ſtemma decorat; alterum verò dum in aciem armatus prodiret, freno equi

adiungit ; eoque ingenti cum hoſtium terrore vſus . Crebris deinde miraculis Hieroſolymis Crux præfulſit : nam cùm vndique ex vniuerſis terrarum partibus , fideles eò peregrinando confluerent, ac quiſque ex ea particulam obtineret ; parte auulſa , haud minuebatur ſalubre lignum , integrumque manebat . Inde factum eſſe Cyrillus ſcribit, vt vniuerſum planè orbem pul lulando replerit . Tandem 300. ferè poſt annum , Hieroſolyma à Coſdroa Rege Perſarũ expugnata captaq. magna cum infidi Regis pernicie, in Perſidem defertur. Nam paulò poſt ab Heraclio Imperatore deuictus , Regnum , vitamque amiſit . Inſigni habita victoria , haud cunctatus Cæſar Hieſolymæ ſuum decus reddere, celebri pompa Imperatoria chlamyde , auro , gemmiſque decoratus inferre ſtatuit . Iamque ad vrbis fines , muroſque peruenerat , cùm vlteriùs progredi omnium cum admiratione occulta vis detinet . Totis viribus ianuam ingredi Heraclius connixus , quò maiori vi progredi, limenque tranſcendere pertentat, eò vehementiùs retinetur , firmùis hæret: nec ante progredi potuit, quàm Zachariæ Hieroſolymitani antiſtitis monitu, regium cultum

Ex Cyrill. Catach.4. & Paulino epiſt. 11. ad Seuer.

Crux è Ieruſalem in Perſidem defertur, mox ab Heraclio Imperat. Ieroſolymæ redditur, ex Theop. meſcellan. l. 8. & alijs .

tum, ornatumque in humilem, abiectumq. permutaret. Tum verò Christi morem, quo in Caluarium montem Crucem detulerat, Cæsar imitandum ratus, Imperatorio abiecto ornatu, pedibus intectis, tenui simplicique amictu, supra humeros Crucem extollens, eum ipsum in locum, eò maiori cum gloria, quò Regis gloriæ amictu, habituque similior, intulit. Anno salutis 614. die xiv. Septembris, id ab Heraclio Imperatore gestum, tradidere authores, vt propterea anniuersaria celebritate, salutiferæ Crucis exaltatio, ab Ecclesia eadem ipsa die celebretur.

Anno à Christi ortu cccxi. Eusebius Pōtifex vita fungitur, nulla re gesta, quæ insignem eius Pontificatum reddiderit. temporum potius iniuria, seu scriptorum inopia, quàm Pontificis inertia: nam ne tempus quidem, quo in Pontificia fuerit sede, satis liquet, miraque inter authores dissensio. Eusebius Cæsariensis menses septem, Damasus sex fermè annos, Index verò Crescōnianus biennio Ecclesiam rexisse tradunt. nec in re tam antiqua quidpiam certi affirmare ausim. Paucos post dies Miltiades natione Afer, fidelium votis in idem subrogatur onus.

Constantini bellum aduers. Maxentium.

Annus à Christi natali cccxij. insigni Constantini Cæsaris victoria celebris fuit. Constantinus instinctu diuinitatis, Crucisque signo suffultus, parua manu si hostium acies spectes, Maxentium cum ingentibus copijs fundit, fugatque. Mirum inde Ecclesiæ res, sæuo eliminato Tyranno, incrementum cœpere. Causa belli hæc præcipua traditur. Maxentius non contentus Italiæ, Vrbisque Romæ Imperio, in spem venerat cunctarum rerum potiri; itaque Constantinum, hostem potiùs, quàm collegam habere voluit. Constantinus impar viribus, anceps erat, dubiusquenum de summa rerum armis experiretur. Hoesitāti, tradit Eusebius, alijque non ignobiles scriptores, sereno cœlo Crucis signum mira præfulgens luce, oculis obuersatum, simul hæc sibi visum audire: *Constans esto Constantine: in hoc signo vinces*. Tam lætis victoriæ acceptis auspicijs, è Gallijs Romā cum triginta millibus militum contendit. Ad vrbis mœnia propinquanti, Maxentius non longè à Ponte miluio cum ingentibus copijs (nam supra centummillia erant) occurrit. superior viribus, multitudine fretus nil æquè metuebat, quàm ne Constantinus

Ex Euseb. in vita Constant.

præ-

prælium detrectaret. Diſpares viribus, pares ſpe, pugnam conſerunt; ſtatimque humanæ vires aduerſus cœleſtem opem inanes. Hoſtes primo congreſſu fuſi, fugatiq. fugientium impetu, atque onere pons ſublicius diſſoluitur. Tum verò cum ingenti militum ſtrage præceps Maxentius in flumẽ ruit. Conſtantini milites corpus diligenti inueſtigatione inquirunt: ex amne extracto, caput obtruncant, lanceæ imponunt. Victor Conſtantinus cum exercitu caput occiſi Tyranni oſtentante, Vrbem ingreditur. læta vrbs eum accepit; quæſitique pro ingenio cuiuſque in Principem honores. Sed vt eſſet tantæ rei ad poſteros monumentum, arcus triumphis inſignis inter Palatinum, & Cœlium montem Senatus Populique Romani decreto, qui hodie quoque extat, non longè à Domitiani amphiteatro, magnifico cum titulo erigitur.

Imper. Cæſ. Fl. Conſtantino Maximo
P. F. Auguſto S. P. Q. R.
Quod inſtinctu Diuinitatis, mentis magnitudine, cum exercitu ſuo tam de Tyranno,

quàm de omni eius factione, vno tempore iuſtis Remp. vltus eſt armis:

Arcum Triumphis inſignem dicauit.

Intra fornicem à dextris.

Liberatori Vrbis.

A ſiniſtris.

Fundatori quietis.

Ea inſigni cœlitum dono parta victoria, Cæſar in tranquillitate Imperij Eccleſiæ dignitatem augere in animum inducit; primumque omnium magnificas ædes regio planè cultu in Cœlio monte Miltiadi, ſeu vt alij appellant, Melchiadi Pontifici, ad habitandum aſſignat. Eas ædes Plautius Lateranus conſularis vir, regia magnificentia erexerat, retinentque hodie ab eo nomen: at Plautio ob iniecta crimina damnato, Cl. Nero Imperator proſcripſerat, redegeratque in fiſcum. Tandem felicioribus auſpicijs, pia Conſtantini largitate ſummo Pontifici ad habitandum deſtinantur; ibidemque, vt mox memorabo, magnificum Templum.

Lateranenſe Palatium, Conſtantini largitate Melchiadi PP. datur. Exoptato Mileuitano colligit Baron.

Anno

Anno ſalutis cccxiij. compoſito vrbis ſtatu, Germaniæ, ac Galliæ tumultuauere. Aduerſus eos turbidos motus, maieſtatem Imperatoriam opponendam Cæſar ratus, vrbe profectus, Germanicum, mox Gallicum tumultum præſentia compreſſit.

Donatus Conſtantinum in Gallijs adit.

Interim ſemel cæptum in Africa Lucillæ muliebri furore aduerſus Cæcilianum antiſtitem diſſidium, adoleſcebat factioſo Donati Epiſcopi ingenio, prauaque facundia. Is abſonos ritus, moreſque inuehendo, quò deteriora hæreſis iaciebat ſemina, eò acriùs aduerſus inſontem Præſulem non modò popularium, ſed & Patrum animos irritat. mox authoritate Cæſaris ſua placita firmare, Cæciliani iura infringere molitur. Vnà cum ſuæ factionis primoribus, decemque aſſeclis Epiſcopis, Conſtantinũ in Gallijs adit. Oratione habita, nihil à factioſo viro prætermiſſum, quò Carthaginenſis Eccleſiæ, cui Cæcilianus populi, clerique ſtudio pręſul deſignatus, ſtabili decreto ſpes omnis intercluderetur. Cęſar ſalubri, ſapientique reſponſo, nihil tam abſonum, quàm aduerſus ſacroſanctos Prę ſules, ſecularem Principem, Iudicem conſtituere: Romani Pontificis reſponſum expectan-

Conſtant. Donatiſtarum cauſam Romano Pontifici deferendam cęſet. Ex Optat. lib. 1.

pectandum. Enituit eo Principis reſcripto Romani Præſulis authoritas, gladium Cæſari in Pontificum tutelam datum, diſcriminatum inter eos tribunal, vbi Petri claues, ibi Imperatorium enſem ceſſare. Id in cauſa fuit, vt Romæ in Lateranenſi palatio Præſulum, Patrumque Concilium aduocaret Melchiades Papa. Donatus factionis princeps, eadem, quæ nuper apud Cæſarem, apud Pontificem repetendo, contra quàm ratus erat, celebri Patrum conſeſſu ingenij ſui petulantiam, præclaram Cæciliani virtutem detexit: nam Cæcilianus multo cum modeſtiæ pudore, aduerſus dicacem, ac factioſum virum. Ita non probris, probra rependens, non modò inuidiæ æmulatione, ac ambitionis æſtu ſoluta enituit in eo virtus, ſed pernicioſa Donati hæreſum figmenta detecta; ſimul vnanimi Patrum voto exploſa, eliminataque. Donatus tum alios abſonos ritus, tum præcipuè iteratum baptiſmatis lauacrum inuexerat. Reſponſum à Patribus, ſacra baptiſmatis vnda ad cœleſtem vitam cœleſtium dono hominem naſci, nec niſi ſemel oriri: vnicum vitæ initium.

Anno à Chriſti ortu cccxiv. Melchiades ingenti

ingenti cleri luctu Romæ extinguitur, poſt quàm duos fermè annos, totidem menſes in Pontificia fuiſſet ſede. Primus omnium amplificandæ Eccleſiæ Conſtantini ope viam aperuit, auxitque Silueſter Romanus, qui mox in eodem ſucceſſit munere, miris profuſa eiuſdem Principis largitate opibus. Melchiadis corpus in Cœmeterio Calliſti ſolemni honore, multis cum lachrymis conditum. Melchiadis PP. obitus

Anno à Chriſti ortu cccxv. dum in Occidente pia Conſtantini largitate Romanæ Eccleſiæ maieſtas auguſtiſſima acciperet initia, pernicioſa hæreſum in Oriente iaciebantur ſemina, quæ Arrio Alexandrino presbytero Alexandriæ ſata, fotaque; mox eum in modum per omnes terrarum oras adoleuere, vt ſicuti Auguſtinus celebris author ſcribit, vniuerſus orbis arrianum ſe eſſe ingemuerit. Arrius vir acri, ſed fatuo, ſubdolo ingenio, prauè facundus, immortale Numen mortalibus imperſcrutabile, humanis viribus metiri, humanum in morem effingere: ea de Trinitatis arcano, quæ humanis rebus conſona effingit, apud populum, plebemque iactat; Filium in diuinis à Patre initium, ortumque habere Arrij hæreſes ex Socr. lib. 1. hiſt. 3. & alijs.

bere, proinde non Patri coæuum, nec paris cum Patre diuinitatis, longè inferiorẽ ab eo progenitum. Nec difficile fuit, apud imperitum vulgus fidem obtinere; horum exemplum cæteros trahit; colluuio totum penè orbem inficit. Vbi nouis hæreſum figmentis, dari tumultibus locum, Alexandrinus Epiſcopus perſenſit, ex finitimis regionibus Patrum, Præſulumque Conciliũ aduocat. Patres conſeſſu, Concilioque habito, authorem in longè diſſitas terrarũ oras demouendum decernunt. Vir vafer, ac ſubdolus in Paleſtinam ſecedens, locum non mentem mutat. Ibi, vt in tempore memorabo, finitimos Præſules ſeducit, acrioribus incrementis propagat hæreſim.

Vaticinium de Arrij hæreſi apud acta Alexand. Eccleſiæ quæ refert Surius ad xxv. Nouembris.

Apud Acta Alexandrinæ Eccleſiæ inuenio, diù ante imminens peſtilens malum, Cœlites prædixiſſe. Priſtina nocte, antequam Petrus Alexandrinus Præſul, vir præclaræ fortitudinis, inſigni pietate, martyrio ſupremum obiret diem, Chriſtum veluti è coelo repentè delapſum, diſciſſa, laceraq. veſte obuiam ſe ei dediſſe; Præſulem perfuſum horrore, quid nam rei id eſſet anxius cùm hæſitaret, hæc ſibi viſum audire, *Arrius ſcidit; Arrius diuiſit*. Atrox in Eccleſia futu-

futurum diſſidium, per hæc, ipſaque rei triſti imagine, prænunciando.

Anno à Chriſti ortu cccxvi. Licinio, qui in Oriente exquiſitiſſimis pænis fideles inſectabatur, à Conſtantino Cæſare deuicto, per omnes terrarum oras tranquilla pax Eccleſiæ illuxit. Licinius, vt ſupra memoraui, ad Imperij conſortium à Maximino adſcitus, mox collega eiecto, ac Oriente potitus, ad totius orbis dominationem ſpē erigit, Conſtantinum Imperio deturbare molitur. Vt iuſtis initijs rem aggredi videretur, Deorum cultum extollit, Conſtātinum vt perfidum, auitæ religionis deſertorem incuſat. Ita inani in Deos pietate, impietatem tegit, impio fideles inſectatur furore. Nec ſtatim in necem erūpit; ſenſim inuehit, vt accepiſſe potiùs, quàm dediſſe ſæuiendi materiam videretur. Primùm omnium vir in luxuriam præceps, qui ſibi ab effrænata libidine non cauerat, veluti aliorum honeſtati, pudicitiæque conſulturus, edicto prohibet, virorum, mulierūq. eodem in loco cætum, viros, muliereſque in templis ne ſacris quidē ſimul intereſſe; at foeminas à foeminis ſacris imbuendas, ſacrorum ritus edocendas, non Præſuli,

Licinius Orientis Imper. Eccleſiam inſectatur ex Euſeb. hiſt. lib. x.

non

non Epiſcopo, non vlli virò in mulierũ cætu concionem habere, fas eſſe. Ita ſubdola pudicitiæ ſpecie, pudicitiam inſectatus, virgines monaſterio clauſas, ſacerdoteſq. quorum tutela regebantur, & propellit. Nam cùm Adrianopoli in Macedonia quadraginta fermè puellæ Ammonis Diaconi incitatæ eloquio, perpetua virginitate ſe Deo deuouiſſent, cælibeſque monaſterio clauſæ, ſub eius tutela degerent, ſanctionẽ, qua inaniter pudicitiam fouendo, pudicitiam acribus inſectabatur pœnis, Licinius edit. Lege edita, Ammon, cui nullus ex recto, ex virtute metus, in incepto perſiſtit munere; coeleſtique doctrina in coeleſti vitæ conſuetudine firmat puellas. At crimini virtus fuit: à Balbo regionis præfecto vinciri iuſſi, Heracleam ad Licinium ducuntur. Ibi quadraginta virginitate inſignes mulieres, ipſeque Ammon Dux, rector, & magiſter, veluti Cæſarei edicti violatores, auitæque religionis deſertores, igni aliæ, aliæ ferro immani facinore interemptæ. Par cauſa in Baſileum Amaſeæ in Ponto Epiſcopum, alioſque Præſules, virgines, piaſque edocentes mulieres fuit. Nicomediam ductus, capite truncatur: corpus exa-

XL. Virginum vnà cum Ammone magiſtro, martyriũ Ex martyrol. Rom. calend. Septemb.

D. Baſilei Amaſeæ Epiſcopi martyrium, ex Euſeb. hiſt. 10.

exanime in mare proijcitur; nec longè poſt corpus, ſectumque caput apud Synopem inuenta, ibique datus à fidelibus ſepulturę honos. Semel polluta ſcelere mens, proniùs in deteriora labitur, crimenque crimini viam aperit. Licinius non inſontium cæde miteſcit, magiſque in dies ſæuiendo, tandem dimiſſis præconibus per totum Orię tem denunciat, caueant omnes à Chriſti cultu, Chriſti cultores veluti Dijs infidos, Principi infenſos, Reip. hoſtes habendos. Nec mora; accenſus ignis, enſis euaginatus, crux affixa, rota præcincta mucronibus, aliaque tormentorum genera in violatores oſtentabantur. Id verò variè torſit, diſtraxitque fidelium mentes; alios latebræ texere, in abdita, deſertaue loca ſecedentes; maluere alij tuta, & præſentia, fidem, ſpemque exuentes: nec defuere, qui ſpretis minis in necem obdurarēt animum. at vbi minas res ſubſequebatur, imminens mors, atroxque ſupplicium, in mortem pronos flexere viros: multos vſque ad extremum vitæ exitium, certa firmaque fides, ſpes, perenni vita, perenni decorauit gloria. Celebres inter eos quadraginta Cappadoces milites recenſentur. Hi Sebaſte in

XL. Militum inſigne martyrium. ex D. Baſil. in orat. in xl. martyr.

in Armenia dum cæteri ſupplicijs perterriti, fide nutare viderentur, fortiter in agonem, fidem fatentes prorumpunt. Agricolaus Præfectus, æquè in eos trux, ac ferox, protinus exquiſitiſſimis pœnis ab incepto deterrere pertentat; in balneum gelu, glacieque concretum immittit, nec longè à glacie calentes aquas apponit, vt poenitentiæ incitamentum eſſent, cuius ſi fortè dediſſent ſigna, gelu rigentia protinus in eas immiſſi, recrearent membra. Non gelu, non glacie ardens tepeſcit amor; vnanimi ardore ad perennem in Coelis vitam ſpem eleuant. Medio agonis certamine, fortè vnus ex balnei cuſtodibus, qui coeteris ſomno ſopitis ad ſpectaculum intentior aderat, ſupra cuiuſque caput fulgentem velut è Coelo demiſſam coronam conſpicit; coronas curiosè recenſens, non niſi xxxix. numerat. Anceps, dubiuſque, cur vna deeſſet, vt numero certantium militũ æquaretur numerus, protinus vnum ex militibus è concreta glacie in calentes aquas prorumpere conſpicit. Tum verò non niſi, qui ad extremum vitæ exitum, fortiter, conſtanterque certauerit, gloriæ corona decorandum intelligens, eam ipſam trans-

fugæ

fugæ prę̨ripere audet; nec cunctatus in gelu ſe immittens, vna eademque hora cum cę̨teris gloriæ coronam, glorioſum in Cœlis aditum inuenit. Sebaſte in Armenia, ſeptimo idus Martij Licinio Imperante hæc contigiſſe, ex D. Baſilio, alijſque authoribus accepimus.

Eadē in vrbe Euſtratius, Oreſtes, alijq. fortes viri, fortiter tolerata nece præclari fuere. Eorum cineres Blaſius Epiſcopus dum tumulo condit, Agricolai præfecti in ſe iram concitat. Nec latebris tutus, ex Argeo monte, quò ſæuientem declinans furorem ſeceſſerat, vinctus trahitur. Dum in cuſtodia detinerent, eam ipſam fidem, cuius ſanguine teſtimonium præbiturus erat, præclaris miraculis firmaſſe traditur; Tum alia, tùm præcipuè puerum, qui deſperata à medicis ſalute tranſuerſa ſpina faucibus inhærente animam agebat, ad firmam valetudinem reuocaſſe ſcribitur. Productus autem ad præfectum Blaſius, cùm nulla præmiorum ſpe, nullis blanditijs deliniri, nullis minis deterreri poſſe videretur, iubet Præfectus minas exequi; virgis primò cæditur, dein ferreis pectinibus inhumano, ac pluſquam barbaro ſupplicio di-

Euſtratius, & Oreſtes pro fide dimicant. ex martyrol. ad diem 13. Decemb.

D. Blaſij Sebaſteni Epiſcopi certamen & miracula. Hūc alij ſub Diocletiano, Baronius tamen ſub Licinio necem toleraſſe comprobat, ad annum Domini 316.

laniata membra; poſtremò capite truncatus tertio nonas Februarij, quò truciùs interemptus, eò tranquilliorem adeptus ſedem, aditum in Cœlis inuenit.

Conſtantini bellum aduerſus Licinium.

Hæc, aliaue dum per Licinium in fideles ſæuè agerentur, Conſtantinus ſeu Eccleſiam tuendam ratus, ſeu cupidine iuſtis armis proferendi Imperij, bellum indicit. Iamque palam hoſtes facti, anno à Chriſti ortu cccxvij. vterque copias colligit, aciem inſtruit. Licinius ad Cybalem dirigit ſuos. Cybale oppidum eſt Pannoniæ in colle ſitum, ad quod arcta, anguſtaque ducit via: in infima collis parte, vaſta planicies. *Ibi* Licinius caſtra ponit; vtque cornua firmaret, phalangem ſub colle in longum porrigit. Conſtantinus in monte copias inſtruxerat, peditem à tergo, equitem à fronte. Prima luce prælium cæptum eſt; magna vtrinque cæde, dubia victoria vſque ad veſperam dimicatum. Neutrò inclinata acie, Conſtantinus ferro aperiendam viam dictitans, dextrum cui præerat commouet cornu. Tum demum hoſtes cum Duce fuſi fugatique, caſtra capta, direptaque. Tradit Zonaras, Conſtantino pugnante viſos in cornibus iuuenes diuerſo à cęteris armorum

Ex Zonar. Annalium tom. 3.

rum habitu, eximia ſpecie, & albis equis hoſtium phalanges cædentes; nec vltra apparuiſſe, quàm pugnatum eſt. Non abſimile contigiſſe pugnantibus Locris contra Crotonienſes prodidit antiquitas, refertq. Iuſtinus, qui florenti ſtylo, Trogi Pompeij hiſtorias in epitomen contraxit. Ex Iuſtino lib. 20. hiſtor.

Licinio fuſo, fugatoque Adrianopolis celebre Thraciæ oppidum perfugium fuit. Ibi dum relliquias cladis colligit, nouumq. militem armat, Conſtantinus aduenit. Acie obuiam facti, modico diſſiti interuallo, telis dimicatum; mox telis exhauſtis, enſe pugioneque hoſtis hoſtem petit. Diu multa vtrinque cæde pugnatum. Iamque viribus defeſſi, ferrum quoque feriendo defatigarant, cùm ſigno dato, receptui cecinere, parique marte exercitus dirempti. Poſtridie pactis inducijs Conſtantiæ Conſtantini ſororis, quam Licinius deſponderat, precibus, pax, mutuumque fœdus initum. Additum in conditionibus, vt Illyricum, ac Græcia in Conſtantini ditionem accederent, Licinius Traciæ, ac conterminis regionibus imperaret. Nec diu pax manſit, ſubdolo Licinij ingenio.

Anno à Chriſti ortu cccxviij. Licinius

Licinius à Cõstantino terra mariq. victus, tandem interficitur.

refectis viribus ingenti comparato exercitu (nam peditum supra centum millia habebat) rursus fortunam experiri tentat. Terra, marique vtrinque atrociter pugnatum. Vbique & nauali, & terrestri prælio à Constantino victus, tandem ad ostium Helespontiprofligata, amissaque classe, Byzantium, inde Nicomediam parua militum manu confugit. Ibi obsessus nullam in armis spem reliquam intelligens, ab hoste vitam deprecari in animum inducit. Insigni fortunæ ludibrio, Imperatorium stemma, regiumque ornatum Constantino deferens, supplex prouolat; simul exerta voce, Cæsarem, Imperatorem, ac Dominum appellat. In deditionem acceptum se nihil in ipsius vitam moliturum Constantinus iure iurando firmat; omni iure Imperij spoliatum in Thessalonicam ablegat. Nec multò post, dum priuatim ibi degeret, interfectum tradidere, Constantini, an Licinij facinore, ob scriptorum varietatem incertum. Scribit Eusebius, Licinium, vt erat afro, ac subdolo ingenio, ad pristini Imperij spem euectum, coniurationem aduersus Cæsarem molitum; mox detectum, missis interfectoribus, atrocitate supplicij

Ex Euseb. in vita Constant.

iustas

Zosim in Constantinum lib. 2. habit.

Allegiant in Constantinum quod refert Aurelius Victor in eius vita.

ſuſtas exoluiſſe poenas. Longè aliter Zoſimus, non modo caulam belli Conſtantinum dediſſe, dum Licinio ſubiectas prouincias inuaderet, ſed contra datam iureiurando fidem, vitam ei ademptam in ſeruitute verbatricibit. *Iacimo Theſſalonicam abiegato, veluti ipſius ſecuri exiſtente, nauis poſt violata ei iuramenti religione.* (*quod gindem Conſtantino non iuſſerat erat*) *eaque vitam ademit.*

Mihi vero, vtriuſque auctoris ſuſpecta fides: Euſebius ob tyrannum, ſuperauitque a Conſtantio Conſtantini filio ſtrenue auxiliationem. Zoſimus Ethnicus ſcriptor, ob inſenſum in Conſtantinum Chriſtianæ religionis vindicem animum. Necnon Conſtantinus, ſed & ab Hiſtoricis ferè omnibus Conſtantini gloriæ obtrectatoribus, dum vulgatus adagio, trachim pulchrius decem imperij annos, duodecim ſequentibus latrocinia, & decem nouiſſimis pupillum ab proditam largitatem appellauerint, irridunt.

Licinio victo, extinctoque, ſolus Conſtantinus Cæſar, reliquus, rerum arbiter. Inde conſtituit annuis, nullo adueniente, tranquillum eſt imperium. Vera finalis omnes terrarum oras Eccleſiæ illuſit, at-

fulſitque dies. Cœleſti ope in Maxentium, mox in Licinium proſperè dimicatum, partum, auctumque Imperium intelligens, proximo vertente anno, qui cccxviij. à Virginis partu fuit, fideles ſæuientis iræ ſuperſtites, dictis, factiſque ſolatus, celebri præconio Chriſti cultum extollit: ob fidem exules, profugos, pœniſue addictos, quorum ingens erat numerus, ad patrios lares, patrias ſedes, priſtina bona reuocat, (nam profugis fortunæ proſcribebantur) at per ſummum nefas ablata, ſummo iure reddi ex ærario Cæſar voluit. Loca verò vbi fortiter necem plerique tolerauerant, *Eccleſiæ* cedere, innoxio decorata ſanguine, aris erectis coli, facta poteſtas. Senſim fidem fouendo, nondum audebat è populo ſuperſtitioni obnoxio, Idolorum abdicare cultum.

Tranquilla in omnes Terrarum oras Eccleſiæ pax. Cõſtantini edicto. Ex Euſeb. in eius vita lib. 2.

Anno à Virginis partu cccxix. proſperè aduerſus Sarmatas à Conſtantino bellatũ. Sarmatæ barbara, incultaque gens iuxtà Meotidem paludem, ingenio violenta, robore corporis ferox, multitudine, ac viribus freti, Iſtro amne traiecto, Romanos fines inuadere, ac primo munitiſſimũ, quod occurrit oppidum expugnare, irrito manente

Bellum aduerſus Sarmatas. Ex Zoſim lib. 2 hiſtor.

nente conatu, aggreſſi. Vbi Conſtantinũ aduentantem perſenſere, patentibus campis Rauſimundo Rege, ac Duce obuiam occurrunt. Acie vtrinque inſtructa, neutra pars prælium detrectat. Conſtantinus, vt erat militia exercitus, victorijs ſuetus, alacer in hoſtem irrumpit; primo congreſſu fundit, fugatque, fuſum in proximas ſyluas inſequitur. Cæſi alij; ipſe Rauſimundus Rex, interfectus cadit; alios ſupplices elatis palmis, vitam deprecantes, captiuos in prætorium adduxit. Ita gentem aliena inuadere ſuetam, inſciam parere, celebri victoria coercuit, ſubegitque Cæſar.

Anno à Chriſti ortu cccxx. abrogatis cœlibatus pœnis Conſtantinus Eccleſiam, religionemque auxit. Cœlibes genus hominum inuiſum, vt potè vnà cum eis Rep. finienda, hominis ætatem vix duratura, lex Papia arctiſſimis pœnis coercuerat; quod Auguſtus ſenior, ſequenteſque Cæſares imitati, à patrijs, auitiſque bonis, ſimul à Reip. munijs ſolitariè abſque coniuge exacto xxx ætatis anno degentem, arcuere. At in magna humanarum rerum varietate, cùm aliud alij natura iter oſtendat, libera coniugia, Conſtantinus eſſe

Conſtant. abrogat Cœlibatus pœnas.

voluit; Cœlibum vitam cœlestibus quàm similimam, eorum hostijs aptiùs placari; cœlibes, vt humanis curis vacuos, ita magis de cœlestium cultu sollicitos, proinde non modò æquo cum cœteris, sed potiori iuri censendos. Cautum propterea, vt si perpetuo cœlibatu, diuinis munijs se deuouissent, à publicis oneribus redderentur immunes; tali vitæ consuetudine degentes clericos à græco ducto vocabulo appellauere. His insigni quoque beneficio prospectum voluit; nam liberam testandi facultatem, quam priores Cæsares, ne decedentium bona Ecclesijs deuenirent, sustulerant, lata lege reuocat. Inde cùm mirum in modum pia decedentium largitate, Ecclesiæ opes excreuissent, ijsque clerici alerentur, mirum in modum eorum auctus numerus. Nec in tanta templis ministrantium multitudine, sterilis orbis mansit, quippe humana per cælites regi, per cælibes cælestium cura, cælites verò cælibum hostijs prospera rependere.

Constant. legē edit pro Clericorum immunit. l. 1. C. de Epiſc. & Cler.

Anno salutis ccclxxj. Cæsar bello tumultuantes Germanos aggreditur, delectoque milite cum Prætorijs cohortibus Crispum filium tum primùm pubescentem præmittit,

Crispi in Germania militare facinus. Ex Nazar. in Panegir. Constãt. & alijs.

seque

seque in Galliarum continebat finibus, quò promptiùs si casus vrgeret, defatigato hosti occurreret. At breui præmatura iuuenis virtus, immatura ætate immaturam gloriam anteiuit, ostenditque se fortiter audendo, agendoque Constantini filium. Subactis Germanis eodem anno victor redit, vt non mirum si in tantæ rei monumétum numismate insculpta victoris iuuenis effigies, vnà cum egregio titulo spectetur, *Alemannia capta*.

Constantinus adhuc superstitioni obnoxius Aruspices consulendos sanxit l. 1. C. de Paga.

Dum hæc in prouincijs agerentur, absentia Principis Romæ ob fidem tumultuatum. Nec dum Constantinus licet Ecclesiæ propitius, ac fauens, superstitionem omnem exuerat: nam eodem anno in dubijs prodigijs aruspices ad Maximum præfectum consulendos rescripsit; extatque rescriptum Iustinianeo Codice. Inde augures cæterique Idolorum cultores, fidelibus obrepere cæpere. Tum verò dandum rumoribus spacium, tempusque, quo senescant, Siluester Pontifex ratus, in Soractem proximum vrbi montem secedit; ibi triennio se continuit, tranquilliora opperiens tempora.

Siluester PP. in Soractem mõtem secedit.

Annus cccxxij. ac cccxxiij. nulla re gesta

ſta inſignis ad nos deuenit.

Iamque cccxxiv. ſalutis, decimusnonus compoſitę Reip. florentis Imperij agebatur annus, cùm repente fortuna ſæuire, grauique vulnere Cæſarem conuulſit. Namq. Conſtantino, vt valida in Remp. fortuna, ita domi improſpera fuit, ob impudicitiam Fauſtæ vxoris: quæ in Criſpum priuignum corporis forma præclarum, libidine, ac amore præceps, vbi amorem à pudico iuuene ſperni perſenſit, muliebri furore amorẽ in odium vertens, ad extremum vſque exitium inſontem inſectata; ſollicitatam pudicitiam, vimque iuuenem auſum *ementitur*. Conſtantinus fide dictis data, dolore anxius, præceps ira, nouercalibus inſtigatus odijs in necem filij prorumpit; quæſitoque mortis genere, venenum deligitur, quo per ſeruum propinato, ſenſim labente ſpiritu, Criſpus extinguitur. Haud diu in occulto præceps in libidinem animus, ſe ipſo prodit, non longè poſt muliebris impudicitia, muliebris dolus, frauſque detecta. Conſtantinus ſtupidus hæret, altus animo ſe infigit mœror, cordi dolor. Mox inconſolabili fletu in lachrymas amarè prorumpit; cunctis miſerantibus ſpectati bello iuuenis,

uenis, immatura ætate, iam matura virtute, muliebri dolo infelicem casum, turpem exitum; reintegrabatque Helena mater indefesso fletu Constantino filio dolorẽ. Luctu tandem fatigato, iniustæ necis, iusta morte lugubre solatium; fœmina doli machinatrix in calentem balneum conijcitur; ibique sensim intercluso spiritu exanimis cecidit, mortuamque extraxere. Ita Constantinus Orbe potitus, dum cuncta ei parent, chariora vitæ præsidia amisit, non fati necessitate, sed libens, volensque, fraude deceptus, eòque miserabiliùs. Hæc vario rumore apud vulgus iactata, sæuitia Principis apud pleroſque incusabatur; nec defuere qui promerent, clam palatinis foribus affixo carmine.

Saturni aurea secla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, sed Neroniana.

Quippe Nero, qui cœteros Principes sæuitia anteiuit, matrem, coniugemque sustulerat. Hæc ex Zosimo, Eutropio, Victore, Suida, Sidone Apollinari antiquis authoribus, D. etiam Hieronymo. Vnde miror, nonnullos, quæ consensu tradidit antiquitas in dubium reuocare ausos, necem Crispi inficiantes. Nec satis scio, vnde Gregorius

Ex Zos. lib. 2. Eutrop. lib. x. Aurel. Vict. in vita Cõstantini Suida, Sidone Apoll. lib. 5. epist. 8. Hieron. de Script. Eccl. in Lactantio.

gorius Turonenſis, qui multas poſt ætates floruit, ob crimen affectati regni, necem inflictam hauſerit.

Baptiſmus Cõſtant. quo lepra mundatur. ex Actis Silueſtri, & monum. Later. Baſil.

Eodem anno lepra ſæua vi morbi Conſtantinum aggreditur, acceſſitque ægro animo corporis ægritudo. Poſt varia nequicquam conquiſita medicamenta, ij per quos valetudo Principis regebatur, infantium ſanguine, eam corporis luem deleri poſſe, vnam ſpem reliquam edocent. Id in vulgus iactatum, parentibus atrox, lugubre fuit. Mulieres, quæ paruulos, mugiēteſque lactabant natos, metu mœroreque proſtratæ, multis cum lachrymis, atrocis ſententiæ triſtem verebantur exitum. Conſtantinus publico mærore mærens, dum aliena morte vitæ conſulendum intelligit, dubius hæret. In ea ancipiti cura, cunctis lætæ, Cæſari ſalubres, Eccleſiæ verò frugiferæ, cælitùs affulſere opes. Nam Petrus, Pauluſque Apoſtolorum Principes, ſummo noctis ſilentio, ſplendore coruſcantes in ſomnijs obuerſati monent, à ſummo Eccleſiæ Præſule, qui non longè inde latitaret, ſæuienti malo ſalubrem conquirendam opem. Cæſar horrore perfuſus, non ſatis quid rei eſſet intelligens, Silueſtrum

Ponti-

Pontificem aduocandum cenſet; prima luce nuncios in Soractem montem ad eum delegat. Silueſter legatione audita, iter arripit, cum Cæſare congreditur; ſalute inuicem data, redditaque antequam initium loquendi faceret, velo è picta quam detulerat tabula reiecto, Petri, Paulique imagines oſtentat: ex eorum cum nocturna illa ſibi obuerſata ſpecie conſimili forma, cœlitum dono hominem ad ſe miſſum Conſtantinus intelligens, ſupplex ad eius ſe pedes proijcit. Silueſter Diuinæ fidei arcana reſerans, pronum in rem Chriſtianam Principis animum, omni abiecta ſuperſtitione, facilè Euangelicæ lucis amore incendit. At ſacra baptiſmatis vnda perluſtrari, Princeps dum mente voluit, protinus id expedire non vtique fas eſſe Pontifex monet; ad inſigne ſacramentum, quo altioris vitæ initium, cœleſtemque ſpem homo naſcitur, animum, mentemque diu ante præparanda. Tum Cæſar ex humeris reiecta chlamyde, regioque depoſito ornatu, multis cum lachrymis anteactæ vitæ errata mente voluens, ſupplices ad Deum preces tendit. Iamque ſeptem dierum elapſo ſpatio, cùm ad cœleſtia, diuinamque fidem ſatis firmaſſet

maſſet animum, baptiſmum expoſcit. Nec mora, in lateranenſi palatio, vbi Pontifici ſedes, hydria porphyretica porphyreticæ columnæ innixa, in quam ſeptem argentei cerui affatim effundebant aquas, ſalubri luſtratur vnda, adeò mirè diuina opitulante ope, vt aqua crimine animum elueret, ſimul lepra corpus mundaret, vtraq. corporis, animique lues, crederes aquam dum corpus ablueret, cor tangere, recedit; ſupraque caput, radius, miruſque ſplendor coruſcare viſus. Poſtera die inſigne beneficium, inſigni beneficio rependit Cæſar. eodem in loco D. Ioanni Baptiſtæ, *ad Petri* verò, Paulique tumulos, admirandæ molis Baſilicas aggreditur; ipſeque Cæſar accepto bidente, primus fundamenta aperit, mox cæmenta defert; duodenario Apoſtolorum numero datus honos, vt totidem vicibus ſupra collum cophinis geſtaret: eò maius ex humili cultu conſequutus decus, quò celſior Princeps fuit. Vbi verò ad culmẽ deuenit opus, cruce aurea ſupra vtriuſque Apoſtoli tumulos centumquinquaginta librarum pondere, immenſis aureis argenteiſque donis addidit decus. Profuſa quoque liberalitate ingentes opes, quibus

diuina

diuina, diuinuſque cultus ritè peragerentur, contulit. Ad eam rem per varias terrarum partes, agros, domus, villas, vnde immenſi redditus, aſſignat. Hæc non modò traditione, quæ plurimum certè valet, ſed ex actis Silueſtri, quæ typis impreſſa circumferuntur, ex Baſilicæ Lateranenſis, quæ hodie quoque extant monumentis. Vetus quoque traditio eſt, Petri, Paulique Conſtantino à Silueſtro oſtentatas imagines, in ſacra Vaticana æde cuſtodiri; teſtiſque ea de re Adrianus Papa. Vnde nulla Euſebius dignus fide, ea aperte inficiando. Certè dum ſcribit Conſtantinum non Romæ à Silueſtro, ſed Nicomediæ ab Euſebio eiuſdem vrbis Epiſcopo baptiſmate luſtratum, non modò Patres romani concilij, qui vt infra memorabo, ea de cauſa in Thermis Traiani vnà conuenère; ſed & Zoſimum ethnicum nec ſuſpectum authorem, qui ea tempeſtate floruit, alioſque graues contradictores habet. Nec leuis inde eſt coniectura, liuore animi aduerſus Romanæ Eccleſiæ dignitatem, Ethnicos ipſos anteiſſe. conſtat certè Arrij partes ſectatum: nec abs re D. Hieronymus Arrianorum ſigniferum appellat. Vnde haud mirum

Petri, Pauliq. imagines quas Silueſter Conſtantino detulit, in Vaticana Baſilica cuſtodiri, teſtis eſt Adrianus Papa in epiſt. ad Conſtant. cognomento Copronymum.

Patres Rom. Concil. apertè de bapt. Conſt. Romæ peracto & lepra teſtantur.

Zoſim. lib. 2. hiſt. Conſtan. Romæ baptiſmate perluſtratum ſcribit, ſed vir Ethnic. cauſam refert ad necem Criſpo filio illatam, vt eo piaculo expiaretur.

mirum ſi eum, quem Romano, & catholico Præſuli, ac Pontifici ſurripit, Nicomedienſi Arriano Epiſcopo honorem defert, Conſtantio præſertim Principe Arrianorum anteſignano, in cuius gratiam conſcripſit, florente.

Iamque ritè peracto baptiſmatis lauacro, alia vrbi facies. Conſtantinus rerum arbiter, gentium rector, orbis Dominus, aqua luſtratus, protinus Pontificis dicto obediens, maxima quæque nutu eius, conſilioque exequens. Iamque duo in vrbe Cæſares videbantur. Exciuit id Senatum, Romanoſq. proceres. Inde tacitum æmulatione inuidiæ murmur. Mox palam obſtrepunt, ſpretum deorum cultum, nouam inuectam religionem incuſantes; gliſcebatque execrationibus rumor. Eum, apertè obſiſtendo, irritari, dato ſpacio exoleſcere Cæſar ratus, procul ab vrbe degere conſtituit. Byzantium occurrit celebris Traciæ Vrbs ad anguſtas, quæ modico interuallo Europam ab Aſia dirimunt, maris fauces, patenti campo. Vbi eò peruenit, ſitum natura munitum, æquè mercibus inuehendis, ac hoſtibus propulſandis natum, vbertatem ſoli, loci amœnitatem admiratus

Conſtant. Byzantium ſe transfert. ex Zoſ. lib. 2.

tus firmam ibi ſedem conſtituit. Breui, ingenti ædificiorum mole in maius aucta, Conſtantinopolis nomen ab eo obtinuit; nec amplitudine, gentium, rerumque omnium affluentia, & copia, vrbi Romæ inferior euaſit.

An tum primùm Romanæ Eccleſiæ, Romaniſque Pontificibus, vrbis Romæ, Italiæque Imperium, pia Principis largitate ceſſerit, ambigunt ſcriptores. Inualuit ea apud vulgus opinio, ijs, quæ actis Silueſtri habentur, conſona. At pleraque in ea irrepſiſſe poſterioribus ætatibus menda, nec antiquis actis de donatione mentionem haberi, Zonaras antiquus ſcriptor, D. Hieronymus, alijque celebres authores teſtantur; multis verò, & eruditè Card. Baronius conuincit. Conſtat certè Conſtantino extincto, Conſtantem filium, Romæ, totiuſq. Italiæ potitum Imperio, nec Imperij opibus ſed eleemoſynis, ſe, remque Chriſtianam Pontifices fouiſſe; inuiſaque piorum largitas, ne dum Imperij opes Ethnicis, erat. Inde Ammianus Ethnicus ſcriptor, enarratas inter Vrſicinum, & Damaſum exortas proximè poſt Conſtantini tempora, Pontificatus cauſa contentiones, liberiore ore

De Conſt. donat. Baron. ad annum Domini 324. num. 23 vbi alios refert

Ammianus Marcell. lib. 27 hiſtor. carpit. Pontif. luxum, dū adhuc eleemoſynis fouerentur.

liuorem animi in hæc fermè verba detexit.

Neque mirum ſi tanta contentione Romanus Epiſcopatus appetatur, cùm id adepti ſecuri ſint, vt ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis inſidentes, circumſpectè veſtiti, epulas curantes profuſas, adeò, vt eorum conuiuia regales ſuperent menſas.

Quibus, & ſi ingenij petulantiam, animi liuorem effudit, conſtat certè non dum Imperij opes Pontificibus affluxiſſe. Crediderim ego, Conſtantini Principis largitate, vrbis Romæ dominationem Romanis Pontificibus ceſſiſſe, poſſeſſione verò à Senatu deturbatos; inde haud mirum ſi eleemoſynis ſuſtentarentur. Primus omnium Pipinus, mox Carolus magnus filius, à Longobardorum incurſu, Italiam vindicantes, Romanam Eccleſiam in Imperij poſſeſſione collocauere. Conſtat certè ex Anaſtaſio bibliotecario, Leone Oſtienſi, alijſque authoribus, vrbem Romam, Rauennæ exarchatum, Corſicam, Sardiniam, Siciliam, Ducatum Beneuentanum, Spoletanumq. Neapolim quoque ac Calabriam ſub Pontificum ditione, ac Imperio conſtituiſſe.

Pipinus, & Carolus magnus filius, in Imp. poſſeſſ. Rom. Eccl. conſtituere, circa annũ Domiui 800. Ex Anaſt. bibl. in vita Steph. PP. Leone Oſt. in chron Caſſ. lib. 1. cap. 14.

Inde

Inde Rauennæ columna marmorea inscriptum legitur.

Pipinus primus amplificandæ Ecclesiæ viam aperuit.

Conc. Roman. sub Siluest. PP.

Iamque per Constantinum immensis opibus Ecclesia aucta, suffultaque, cùm regio propè cultu, Romani Pontificis præfulgeret maiestas; Siluester Pontifex tantæ in dies crescenti moli consultum volens, Italiæ Episcopos aduocat. In Thermis Traiani Cæsaris, consessu, Concilioque habito, multa de ætate, ordine, cœlibatu, moribus eorum, qui diuino se mancipassent cultui, præfatus, in quem vsum, quaue moderatione Ecclesiarum redditus erogãdi forent, Patrum, Præsulumque consilium exposcit. Vnanimi voto ita prospectum voluere, vt in quatuor partes dispartirentur, quarum duæ episcopo, cleroque cederent, duæ aliæ in oportunum pauperum subsidium, templorum reparationem, ornatumque erogarentur. Præscriptam vnanimi concordia legem, vsu quoque comprobauere patres. Nec dum auri fames, quæ diuina, humanaque iuxtà subuertit, irrepserat; aurum argentumque egentibus erogare magis, quàm seruare, veras diui-

tias putabant; paulatim deinde dilabente diſciplina, auctis opibus, aucta in pleriſq. cupido; pauci temperantiam, moderationem inuexere. quò rarior in auaro ſæculo, eò præclarior virtus. Haud tamen continuata ſerie, illuſtribus paſtoribus, qui vel ea cupidine ſe exuerent, vel in Reip. bonũ opes effunderent, virtuteſque alerent, orbata Eccleſia manſit. talium virorum antiqua ætas fæcunda, noſtra non ſemper ſterilis. Quod ſi aliquando, deterioribus ducibus gubernacula, non ſine numinis prouidentia id contigit. Scit Deus, cui vniuerſi cura, vnius ſeu deſidia, ſeu dolo, gentis, vel errata punire, vel virtutes perficere. æquè bonis, ac malis, ſæpe vnius malum proficit. nec inſulsè D. Auguſtin. *Impius, aut ideo viuit, vt corrigatur, aut vt per eum iuſtus exerceatur.*

Conc. Nicen. aduerſus Arriũ.

Anno à Chriſti ortu cccxxv celeberrimo Patrum conuentu, gliſcenti per Orientem hæreſi conſulitur. Arrio authore, vt ſupra memoraui, latenter primò per Aegiptum ſerpere, mox palam per Paleſtinam, ac finitimas regienes in perniciem erumpere; nec modò populares, ſed popularium Præſules ſeducti, hæreſum magiſtri facti, erro-

rum

rum duces. Eorum agmen Euſebius Nicomedienſis, Euſebius Cæſarienſis Epiſcopi ducunt. Anxium, ſollicitumque ea res Pontificem tenet; curæq. fuit, Concilio indicto, ex vniuerſis terrarum partibus Præſules aduocare. Conſtantinus Cæſar Bizantij tum agebat. Ad eum Pontifex, quò faciliùs optata perficerentur, Oſium Cordubenſem Epiſcopum, doctrina, rebuſque geſtis præclarum, legatum mittit. Legatione audita, non modò in Pontificis ſententiam it Cæſar, ſed profuſa liberalitate, itineris ſumptus epiſcopis, cæteriſque erogat. Datis ad Prouinciarum Præſides literis, vehicula comparari, comiter, hoſpitaliterque quocumque appuliſſent recipi, publico ali mandat. Nicea Bytiniæ vrbs, quò conuenirent, deligitur. breui Orbis in ea vrbe fuit: trecenti decem & octo, ex vniuerſis terrarum oris Præſules, præſtantiſſimi ex gentibus philoſophi, ad ingenij acumen oſtentandum, Cæſar ipſe, Romanique Pontificis legatus. Die indicta in ampliſſima Baſilica conuenientes, Oſius S. R. E. legatus princeps à ſiniſtro cornu conſedit, proximè Alexander Alexandrinus Patriarcha. princeps ex altera parte

Oſius Cordub. Epiſc. Legatus pro Rom. Pont. ad Conſtant.

Cur S. R. E. Legatus à ſiniſtra conſederit, & nùm læua dignior dextera.

Euſtachius Antiochenus Patriarcha, dexterum tenuit cornu. Conſtitit Cæſar, nec ante conſedit, quàm Patres innuerent. Hic nonnulli, Orientalis Eccleſiæ morem ignorantes, ambigunt, cum Romanus legatus dignitate prior, dexteram Antiocheno Antiſtiti ceſſerit. Vſus in Oriente obtinuerat, vt in ſacris dignior ſiniſtra, quam dextera haberetur. Idque ex ſecunda Nicena Synodo facilè deprehenditur; fortè quia dextera noſtra, læua Numinis; quem morem tum in alijs pleriſque Occidentalis Eccleſia imitata, tum præcipuè in Pontificijs diplomatibus, vbi Petrus Apoſtolorum Princeps, læuam, Paulus dexteram tenet. Certè ſi digniorem locum, eo conſeſſu dexteram cenſuiſſent Patres, non Antiochenus, ſed Alexandrinus Antiſtes potius, qui ei dignitate antecellit, dexterum tenuiſſet cornu. Nec Oſius, qui à læua conſederat, prior cæteris Concilij decretis, vt mox memorabo, ſubſcripſiſſet.

Arrij aſſeclæ Catholic. apud Cæſarem criminantur.

Non dum Concilio initium Patres dederant, cum Præſules Arrij aſſeclæ, protinus criminoſis aduerſus catholicos antiſtites porrectis Cæſari libellis, pronum, propitiumque Principis animum, ab eis auer-

auertere pertentant. Cæſar non modò cœteris, ſed ſibi quoque paſtores, Iudiceſque eos datos; malle ſe eorum iudicium ſubire, quàm dare dictitans; protinus libellos, in ignem conijci iubet. Simul verba, quibus ad mutuum amorem, concordiamque reuocaret, exorſus, poteſtatem de ijs, quæ in controuerſiam venerant, diſceptandi facit. Silentio indicto, Arrius multa de diuini Numinis natura præfatus, orationem flexit ad diuini Verbi originem; non Patri coæuum, non eiuſdem cum Patre Diuinitatis cenſendum, petulanter cõfirmat. Ad ea horror ingens catholicos Patres inceſſit. Erat in eo Præſulum cætu, Athanaſius Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconus, vir acri ingenio, ſacris literis eruditus, & diuino eloquio facundus. Is in medium prodiens, quid opus eſt, inquit, Arrij ratiocinatione, humana imbecillitate ingenij, Numinis arcana perſcrutantis, humanum in morem diuina effingentis? ſacra inquirenda oracula, Ioannes diuino actus afflatu, cœleſti illuſtratus luce, myſterium prodit. Ab ipſa diuina, diuini verbi origine, Euangelij hiſtoriam exorſus, non ne ante omnem creatam rem, nullo præfinito

D. Athan. in Conc. Nicen. Arrio ſe opponit.

initio, Verbum apud Deum, Deum de Deo, originem trahentem conſtituit? Ita ego de ijs, quæ humanam excedunt aciem ingenij, quæ fidei tantùm obſcuritate mẽs attingit, vt diuina oracula produnt, vt noſtri maiores cenſuere, cenſendum puto.

Poſtquàm diſceptandi finem fecere, Patres communicato inter ſe conſilio, Arrij placita, ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio, per Ioannem exploſa, Athanaſium conſonè diuinis oraculis loquutum, conclamant. ſimul, vt vna, eademque in omnes terrarum oras, cunctis mortalibus innoteſceret fides placuit præſcriptis verbis, certam fidei regulam, quã Symbolum appellauere, prodere. eam totidem verbis referre, ex re erit.

Symbolum fidei, à Patribus Conc. Niceni præſcriptum.

Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, viſibilium omnium, & inuiſibilium, & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei genitum, ex Patre vnigenitum, hoc eſt ex ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, & quæ in Cœlo, & quæ in Terra, qui propter nos homines, & propter noſtrã ſalu-

ſalutem deſcendit, incarnatus eſt, Homo factus eſt, paſſus eſt, reſurrexit tertia die, aſcendit ad Cœlos, venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & in Spiritum ſanctum.

Nec vlteriùs progreſſi, quidpiam de Spiritus ſancti proceſſione, ac origine tum definitum. Non dum enim in controuerſiam venerat, oportuniùs ſub Damaſo Papa, ac Theodoſio Imperatore, Conſtantinopolitana Synodo, Macedonio, & Apollinari hæreſum magiſtris, occaſionem præbentibus, diuinitatem, originemque his penè verbis expreſſere Patres.

Spiritum ſanctum à Patre, filioque procedere, quando definitum, & qua de cauſa Græci, Latinis ea de re obrepunt.

Et in Spiritum ſanctum Dominum, *& viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio coadorandum, & conglorificandum, qui loquutus eſt per Prophetas.*

Sequẽtibus deinde ætatibus, aliud quoque in diſceptationem venit, num non modò à Patre, ſed à Filio etiam procederet, originemque traheret, ambigebatur. D. Leo Papa, primus id apertè affirmare viſus; inde græci, latinis reluctare anſam cæptauere: Conſtantinopolitana Synodo, Spiritum ſanctum à Patre procedere præſcriptũ, Patrum decretum immutare, quid piam ei addere, vel detrahere nefas inſimulantes.

Verùm

Verùm enim verò, etsi id non expressere, non tamen inficiati Constantinopolitani Patres. Leui, suauique manu, ad tantum arcanum humani ingenij acies, Deo disponente, eleuabatur. prodamq. quantum humana imbecillitate consequi potuerim, breui epilogo mysterium. Omnia nuda, & aperta Numini, Pater se ipsum infinita intellectus mentisque acie, perpetuò intuitur: intelligendo, intuendo, mentis Verbum, veram, viuamque sui ipsius imaginem exprimit. protinus, alter in alterum sibi quàmsimillimum, eiusdem naturæ consortem, amore prorumpit: vterque mutuo amore viuit, amorem spirat: ab vtroque spiratus amor, Spiritus sanctus dicitur. Reconditum per multas ætates arcanum, tandem secunda Nicena Synodo, anno salutis 787. apertè, clarèque toto orbi illuxit: Tum primùm Spiritum sanctũ, à Patre, Filioque procedere definitum, Patrum decreto repressum murmur, obstructum Græcorum os.

Trinitatis arcanum breui epilogo indicatur.

Præscriptum fidei Symbolum, cùm celebri Patrum consessu recitaretur, romanus legatus prior cœteris assurgens, ea fide viuendum, ea fide moriendum proclamat.

Nec

Nec modò ore, voceque confirmat, ſed ſubſcriptionis addit robur. Tum deindè coeteri ferè; Arrium reluctantem, decem ſequuti Præſules, rem morabantur. Tandem non paucorum ſubdolo, inſanabili ingenio, ſcripturarum oraculis, tot Patrum placitis, derogandum Cæſar dictitans, cæteris adhæſere. Apparuit protinus, metum potiùs in longè diſſitas terrarum partes demouendos verentes, non veritatis amorem, lucemque, ad id eos impuliſſe; nam, vt in tempore memorabo, Concilio dimiſſo, Arrio, ſuiſque ſuum inſanabile redijt ingenium.

Conſultatum deinde, quanam potiſſimum die, Paſchæ feſtum concelebrandum eſſet; neque etenim ea in re concordes, vnum, eundemque morem retinentes Eccleſiæ erant. Alij proxima xiv. luna poſt hyemale æquinoctium, iuxtà Moyſis ritũ: tum etenim Chriſtum Dominũ cum amatiſſimis diſcipulis, Paſcha concelebraſſe traditum. Videbatur alijs, proxima die Dominica poſt xv. Lunæ, celebrem Chriſti reſurrectionem Paſcatis feſto recolendam. Abſonum, abſurdumque cenſuere Patres, Eccleſiam, quæ vbique terrarum apud vni-

Conc. Nicen. certain diem Paſchatis præſcribit.

uersas gentes sub vno eodemque vexillo, vna, eademque fide degeret, non eodem quoque more, rituque concordem, vnanimẽ fidem declarare. Certam igitur cunctis per orbem Ecclesijs præscripsere diem, valuitque apud Patres dominicæ resurrectionis honor. Neque è dignitate Euangelicæ legis rebantur, Moysis ritum, in re, quæ sola Ecclesiæ spem, fidemque firmarat, retinere. At quoniam lunaris cursus, haud semper idem, varius est, suapte natura mutabilis, rursus sacratissimi diei, ambigua currebat electio, visum Patribus, calculum, computationemque Alexandrino Patriarchæ delegare; nam apud Aegiptios, astrorum, syderumque motuum, in primis peritia. Ab eo singulis annis, certam Paschatis diẽ, Romanæ Ecclesiæ, tum deinde cæteris ex vrbe Roma indicandam, voluere. Tradit D. Ambros. tum primùm vt promptiùs, procul ab errore certa illa innotescerẽt dies, decem & nouem annorum inuentam, collectamque rationem, quæ in circulum, orbemque reuoluta, pro exemplo, normaque in annos reliquos habebatur. Hunc circulum, aureum numerum latini appellauere. Nec assentiendum

Aureus num. quando inuentus ex D. Ambros. in epist. ad Episc. Aem

Bedæ,

Bedæ, qui eius authorem Euſebium Pamphili tradit.

At multa eo Patrum cœtu, aptè, ac ſalubriter ſancita, ſcriptorum diſſenſione haud ſatis ad poſteros explorata deuenere. Alij clericis coniugium permiſſum; vetitum alij tradidere. Adeò maxima quæque plerumque ambigua, facilèque in eam partem, cui propendet animus, mens errore labitur. Certè Socrates antiquus author, clericis cum vxoribus, quas ante clericatũ duxiſſent, permiſſam conſuetudinem, his planè verbis tradit.

De cælibatu clericorũ, quid Nicena Synodus ſtatuerit.

Viſum erat Epiſcopis, legem nouam in Eccleſia introducere, vt qui eſſent ſacris initiati, ſicut Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, cum vxoribus, quas cùm erant Laici, in matrimonium duxiſſent, minimè dormirent. Et quoniam illis erat propoſitum, de hac re conſilium inire, in medio eorum conſeſſu, ſurrexit Panphutius, ac vehementer vociferatus eſt, non graue iugum, ceruicibus illorum imponendum eſſe, qui erant ſacris initiati; honorabile eſſe coniugium inter omnes, et torum immaculatum. Videndum, ne nimis exquiſita præſcriptione, Eccleſiam graui incommodo afficerent; omnes enim non poſſe ferre

Verba Socratis circa permiſsã clericis cum vxoribus conſuetudinẽ, lib. 1. hiſt. cap. 8.

ferre tam auſteram diſciplinam, tamque ab omni perturbatione vacuam; neque à ſingulorum vxoribus fortaſſe eam caſtimoniæ normam, poſſe ſeruari; viri autem cum vxore concubitum, caſtimoniam appellauit. Illud ſatis eſſe, vt qui in Clerum ante adſcripti erant, quàm duxiſſent vxores, hi ſecundum veterem Eccleſiæ traditionem, deinceps à nuptijs ſe abſtinerent; non tamen quempiam ab illa, quam iam pridem cùm Laicus erat, vxorem duxiſſet, ſeiungi debere. Iſtam in Epiſcoporum conuentu orationem habuit Panphutius, cùm ipſe non modò nuptias non expertus eſſet; ſed etiam, vt verè dixerim, mulierem non aliquando attigiſſet: nam à puero in monaſterio ſe ipſum, ſeuero vitæ diſciplinæq. genere totum dederat. Itaque cùm totus Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum conuentus, verbis Panphutij aſſenſiſſet, controuerſia de hac re exorta, penitùs ſedata eſt, poteſtaſque permiſſa, cuique pro arbitratu, ab vxorum conſuetudine abſtinendi.

Num antiquitus ab Eccleſiæ exordio, coniugium clericis permiſſum.

Hæc Socrates, quæ totidem verbis in re tam graui referre volui. In eandem quoque ſententiam Sozomenus in ſua propendet hiſtoria. Nec deſunt, qui antiquo more

more, ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio, id vsu receptum affirment, ex epistola D. Pauli ad Timotheum, vbi oportere episcopum, vnius vxoris esse virum, monet; præscripto etiã Apostolorum quinto canone, quo disertis verbis, ne Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vxorem suam prætextu religionis abijciat, statuitur, errorem autumantes. Nam Paulus, eo loco, ab altaris ministerio bigamos remouet. Canone verò Apostolorum, non consuetudo cũ vxore clericis permittitur, sed cura, ac regimen præçipitur. nam etiam coniugati antiquitùs, vt primo libro exposui, traduntq. Epiphanius, Hieronymus, alijque patres, ad sacerdotium assumebantur, sed cælibẽ posteà tam vir, quàm mulier, vitam agebant. Iam verò Nicena Synodo, cælibem vitam clericis præscriptam, celebres Patres vno ore testantur, D. Epiphanius, qui proximè post Concilij Niceni tempora in Oriente floruit, *Ad Sacerdotium* (inquit) *ex Virginibus, vel si hi non suffecerint, ex ijs qui se continent à proprijs vxoribus, accipiantur*. D. Hieronym. ad Pammachiũ in hæc fermè verba scribit, *Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut*

Expenditur locus D. Pauli ad Timoth. epist. 2 & contra quintus Apostol.

Ex D. Epiph. in Comp. doctr. lib. 3. D. Hier. ad Pammachiũ epist. 50. & lib. contr. Vigilant. D. Bas. epist. 17

Digitized by Google

aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium, in æternum pudici. Quod & expreſſiùs de conſuetudine Orientalis Eccleſiæ aduerſus Vigilantium agens perſcripſit. *Quid* (inquit) *facient Orientis Eccleſiæ, quid Aegipti, & ſedis Apoſtolicæ: quæ aut virgines clericos accipiunt, aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſierunt, ſe norunt hoſtias offerre non poſſe, ſi operi inſeruiant coniugali.* Inde D. Baſilius, ne ſeni quidem, & exactæ ætatis presbytero, vna, eademque domo cum vxore, quam ante clericatum ſuſceperat, habitare permiſit, *Lege* (inquit, ad Peragorium ſcribens) *Canonem à Patribus Nicenæ Synodi præſcriptum: eijce protinus illam è tuis ædibus.* At licet longè diuerſus in Oriente apud græcos mos ſpectetur, retineantque hodie, quas ante clericatum ſuſceperant, eodem toro vxores, tamen longè poſt, nec ante ſalutis annum ſexcenteſimum octuageſimum, id vſu receptum, multis & eruditè Card. Baronius confirmare nititur. Tùm primum, græci Patres haud communicato cum latinis conſilio, ſexta Conſtantinopolitana Synodo, lege lata, humanitati, legem alioquin violaturæ, indulſere.

Quando cæperint Græci ſacerdotes, retinere vxores. ex Bar. ad annũ Dom. 58. cap. 16.

Neque

Neque ſolùm ea de clericorum cum vxoribus conſuetudine, ſed alia quoque ſcriptorum imperitia, in eo Concilio geſta, mendosè ad poſteros deuenere. Illud celebre in primis, quod recentiores hæretici ex Ruffino hauſere; ſancitum, eo Patrum conſeſſu, Romani Epiſcopi, ac Alexandrini antiſtitis iura, pari poteſtate cenſenda, ita, vt quo iure Romanus in ſuburbanas Eccleſias, eodem Alexandrinus, in Aegiptũ ditionem teneret; Ruffinus Concilij decretum his verbis recitat. De Rom. Eccl. primatu. Ex Ruffin. lib. 1. hiſt.

Vt apud Alexandriam, & in vrbe Roma vetuſta conſuetudo ſeruetur, vt vel ille Aegipti, vel hic ſuburbicariarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat.

Quorum verborum, cum nullus planè ſenſus eliciatur, haud inſulsè D. Hieronymus in apologia, quam aduerſus Ruffinum ipſum conſcripſit, inſcitiam carpens ſcribit, in hæc verba. *Scripta tua relegens quanquam interdum non intelligam quid loquaris, & Heraclitum me legere putem, tamen non doleo, nec me pœnitet tarditatis, id enim in legendo patior, quod tu in ſcribendo.* At nouatores hæretici, vt infenſo in Romanã Eccleſiam animo, ita prono ad ei

obtrectandum ingenio, leui, eoque ambiguo Ruffini permoti teſtimonio, fines Romano Pontifici ſtatuentes, ſuburbanarum tantùm vrbium terminos circumſcriptos tradidere. Eorum agmen, Carolus Molineus ducit. Verùm hand parem poteſtatem Romani Epiſcopi, ac Alexandrini antiſtitis, eo Niceno confeſſu, cenſuiſſe Patres, vt in præſenti omittam, longè aliter ab alijs authoribus, & præcipuè à Chalcedonenſis Synodi Patribus, canonem relatum, primatus, vel ex eo liquido conſtat, quòd antè, & poſt Niceni Concilij tempora, Alexandrinæ Eccleſiæ Præſules in ius vocati, apud Romanum Pontificem cauſam dixere. Certè Dionyſius Alexandrinus antiſtes, cùm aduerſus Sabellium plures in vno Numine perſonas prædicaret, videreturque propterea apud imperitos, vel infenſos multiplicare Deos; non ante ſe ab iniecto hæreſis crimine, liberum, ſolutūq. credidit, quàm apud Dionyſium Roman. Pontif. non aliena ſe à Diuina fide docuiſſe oſtenderet. Proximè verò poſt Nicenū Concilium, D. Athanaſius Alexandrinæ Eccleſiæ præſul, cùm ab Arrijs ſectatoribus calumnijs vexaretur, Romæ apud Iulium

Conc. Chalced Act. 16.

Dionyſ. Alex. Epiſc. cauſam dixit apud Dionyſium Papam anno Domini 263. rurſus D. Athan. Alex. ité antiſtes causã dixit, apud Iulium Papam anno Domini, 229. ex eodem Athan. in commen. de Syn.

lium Papam diluit obiecta crimina, vt idē met ſcriptum reliquit. Rurſus, vt multis, clariſq. exemplis res vna comperta habeatur, poſterioribus ætatibus cum Anatolius Conſtantinopolitanus Patriarcha, Alexandrinæ, nec non Antiochenæ Eccleſiæ iura vſurpare contenderet, non niſi Leonis Roman. Pontif. reſcripto, conatus reprimitur infringiturque audacia. Ex Leone PP. epiſt. 53. & 59.

Hæc, contra recentiores hæreticos recenſere volui, vt Romanæ Eccleſiæ primatus, non modò ex diuina inſtitutione, quod Diui Cyprianus, Ambroſius, Hieronymus Auguſtinus, alijque doctrina, ac ſanctitate celebres Patres, pluribus confirmant, adeò vt eum catholicum appellent, qui cum Romana Eccleſia communione iungatur, cæteros hæreticos cenſeri velint, ſed præterea, antiquo more, vſuque tot continuatis ſæculis receptus, probatuſque appareat. Vt non mirum, ſi vbi primùm, ijs quæ inconſultationem, controuerſiamque venerant à Patribus Nicenæ Synodus finis impoſitus, Concilij acta, geſta, decretaq. omnia, ad Silueſtrum Romanum Pontificem, omnes quotquot interfuere trecenti decem, & octo fermè Patres, confirman- Ex D. Cypr. lib. de vnit. Eccleſ. Ambr. orat. de obit. ss. Auguſt. epiſt. 165. Hier. epiſt. 17. ad Damas.

da protinus miſerint. Nec ante Romani Pontificis ſubſequutum confirmationis robur, rata, firmaque eſſe voluere.

Libri Tertij Finis.

Vni Deo laus, & gloria.

IN-

Digitized by Google

INDEX
IN HISTORIARVM LIBROS.

A

ABagarus Syriæ Rex dat ad Christum, recepitque ab eo literas, & imaginem, lib. 1. pag. 80. pristinæ redditur valetudini à Thadeo Christi discipulo, ibidem
Adam in Caluario monte sepultus, lib. 1. 40
Ælius Adrianus, vide Adrianus.
Africanum Concilium sub Cypriano Episcopo, lib. 3. 282
Africanum schisma, lib. 3. pag. 282. & 283
Agatha virgo Catanen. lib. 3. pag. 265
Agnes Romana virgo, 3. 313
Agrippa cognom. Herodes, Aristobuli filius, 1. 76
Alexander Alexandrinus Episcopus aduersus Arrium, 3. pag. 348
Alexander Papa, 2. 212. Eius institutа, 216. martyriũ, 217
Alexandrinæ Ecclesiæ initia à D. Marco Euangelista: 1. 97
Alexandrinæ Ecclesiæ prærogatiua qualis in Concilio Niceno, 3. 386
Anacletus PP. 2. 193. Erigit Saceila ad Petri, Paulique tumulum, 194. Instituta, ibid. Martyrium, 199
Ananias, & Saffira, 1. 49
Ananias Paulum baptismate perlustrat, 1. 62
Andreas Apostolus eligitur, 1. 22. gesta ipsius, 1. 87. & 88.
Anglia quando, & à quo acceperit religionis initia, 2. 236 & 237. Vectigal pendit Romana Eccles. ibid. & in præfat. operis.
Apolloneus Tyaneus magus, 2. pag. 197
Anicetus PP. 2. 232
Antiochena sedes prima omniũ à D. Petro erecta, 1. 71 Quot annos ibi sederit, ibid. Christianum nomen ibi primùm exoritur, 79. Quis in ea primus post Petrum Episcopus, 94
Antiochenum dissidium ob legalia, 1. 109
Antiochenum Coucilium aduersus Samosat. 3. 290
Antipas martyr sub Domitiano, 2. 201
Antoninus Pius adoptatur ab Adriano Imperatore, 2. 218

Gesta eiusdem ibid. Rescribit pro fidelibus, 2. 228
Antoninus cognom. Caracalla Imperator, 2. 247. Mors eius, 249
Antoninus Elagabalus, 2. 249
Apocalypsis, quando, vbi, & à quo conscripta, 2. 201. & 202.
Apostoli duodecim, 1. 32. quomodo, & quo consilio condiderint Symbolum, 1. 87
Inquam prouinciam quisque profectus, ibid.
Aquæ benedictæ institutio, 2. pag. 217
Armenia S. R. E. vectigalis in præfat.
Areopagus, qui locus Athenis 1. 111
Arrius hæresũ magister, 3. 347
Asianum schisma sub Victore PP. ob Paschatis celebrationem, 2. 243
Assumptio B.M.V. quando contigerit, quo ætatis anno, & an vnà cum corpore, 1. 106 & 113.
Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ Diaconus, postea Episcopus in Conc. Niceno Arrio se opponit, 3. 375
Aurelianus Imperator rescribit contra Samosatenum pro Rom. Pontif. 3. 295
Aureliani victoria in Oriente, aduersus Zenobiam, 3. 293
Aureus numerus quando inuentus, 3. 380

B

Baptismus Christi, 1. 30
Baptismus Constantini, 3 pag. 364
Baptismus ab Hęreticis, vel schismaticis an validus, 2. pag. 281
Barnabas Comes Pauli, 1. 70
Discors ab eo recedit, 116
In Italia Mediolanen. Ecclesiam instituit, 117
Bartholomeus an idem ac Nathanael, 1. 33. Quam prouinciam sortitus, 88. Corpus vbi requiescat, ibid.
Betheleem descriptio, 1. 21
Bigamos ad sacros ordines promoueri prohibet D. Paulus Apostolus, 3. 381
Boemia S. R. E. vectigalis, In præfat.
Byzantium Episcopali sede, à D. Petro decoratur, 1. 90.
Imperij sedem Constantinus Imper. eò transfert, 3. 368

C

Cardinalitiæ dignitatis origo, munus, incrementa, 2. 204
Caiphæ Pontificis mors, 1. 64
Caius PP. 3. 301
Calixti Papæ, gesta, instituta, martyrium, 2. 251. & 252
Caluarius mons vnde nomen sortitus, 1. 40

Car-

INDEX.

Carthaginen. Eccleſiæ ſchiſmata, 3. 282
Carus Imper. 3. 299
Catenæ D. Petri Apoſtoli, 1. 85
Catherinæ Alexandrinæ virg. inſigne certamen, 3. 331
Catholici nomen quibus competat, 1. 91. & lib. 3. in fine
Cæcilia Romana virgo, 2. 253
Croatia, & Dalmatia S. R. E. vectigalis in præfat.
Chriſti Ieſu diuina, humanaq. origo, 1. 14. Diſcordia Euangeliſtarum in eius geneologia ad concordiam reuocatur, 1. 19. Geſta ipſius 1. 21. & deinceps. Mors 36 Diſcordia Euangeliſtarum circa horam crucifixionis, ibid. Reſurrectio, 41
Chriſti corpus ſub ſpecie panis 1. 50
Chriſtianorum nomen Antiochiæ ortum, 1. 79
Claudius Imper. fideles vrbe pellit, 1. 109. Mors eius, 127
Cherinti, atque Ebionis hæreſis, 2. 207
Clemens, primus poſt Petrum Papa, 2. 169. Inſtituit Romæ notarios ſeptem, qui acta martyrium conſcriberet 2. 111. Exilium eius, 2. 189 Mors, ibid. Scribit epiſt. ad Corinthios, quæ in Eccleſia legi conſueuerat, 2. 193
Cœlibatus clericorum, 3. 381
Cœlibatus pœnæ à Conſtant. Imp. tolluntur, 3. 359
Cæna duplex communis, & ſacra in primitiua Eccleſia, 1. pag. 50
Coloſſenſes ad quos ſcribit Paulus, 1. 143
Columba ſupra Fabiani caput, 2. in fin.
Commodus Imper. 2. 238
Confeſſio peccatorum num à primordio Eccl. vſu recepta 3. 273
Conſtantinopolis, vide Byzantium
Conſtantinus in Britania Imp. conſalutatur, 3. 323, An ex legitimis nuptijs procreatus, 324. Bella ipſius aduerſus Maxentium, & Licinium, 324. & 354. Donat Melchiadi Papæ palatium Lateranenſe, 344. Donatio eiuſdem expenditur, Baptizatur à Silueſtro PP. 364. Templa ab eo in vrbe erecta
Confirmationis ſacram. ab ipſo tempore Apoſtolorum, vſu in Eccleſ. receptum, 1. 58
Concilium Hieroſolym. ſub Apoſt. & num omnes Apoſt. in eo interuenerint, 1. 110
Concilium Nicenum, 3. 372
Cornelius PP. 3. 269. Schiſma aduerſus eum Nouatianus excitat, 270. Exilium, 280 Mors ibid.
Coſmæ, & Damiani martyriũ, 3. 310
Crux in qua Chriſtus affixus ab Helena, Caluario in monte reper-

reperta, 3. 337. Capta Hierosolym. à Cosdroa Rege in Persidem defertur, 340 Ab Heraclio Imp. restituitur, ibid.
Claui, quibus Cruci Christus affixus, 3. 339
Cyprianus Carthagin. Episc. latebras sub Decio Imperat. quærit, 3. 266. Schisma aduersus Stephan. PP. excitat, sed triennio post resipiscit, 3. 282. Martyrium, 287

D

DAnia S. R.E. vectigalis in præfat.
Decius Imp. Eccles. insectatur 3. 264. Mors eius 269
Diaconi septem eliguntur ab Apost. 1. 50
Diaconissæ in primitiua Ecclesiæ, 1. 51
Diocletianus Imper. Ecclesiam insectatur, 3. 302. Et deinceps. Imperio se abdicat, 318
Dionysij Areopag. conuersio, 1 121. Delegatur in Gallias à S. Clem. PP. 2. 186. martyriū, pag. 188
Dionysius Alexandrinus Episc. causam dicit apud Roman. Pontif. 3. in fin.
Dionysius Rom. Pontif. 3. 296
Domitianus Imp. 2. 195. Ioan. Euangelistam irrito manente conatu excruciat, dein exilio propellit, 2. 196
Domitilla Domitiani propinqua, à Domitiano fidei causa relegatur, 2. 199
Donatistarum schisma, & hæresis, 3. 345
Dorotheæ virginis 320
martyrium, 3. 320
Dagabertus Francorum Rex Dionysio Areopagr Templū erigit, 2. 188

E

EBionis hæresis, 2. 207
Ecclesiæ initia, 1. 32
Edesseni, ac Syrij Euangelij lucem à Thadeo Apostolo accipiunt, 1. 79
Editio veteris testam. ex hebræo in græcam linguam à lxxij. interpretibus sub Ptolomeo Rege Aegipti, 2. 239. Alia à Theodotione sub Cōmodo Imper. ibid.
Eleutherius PP. 2. 235. recipit nuncios à Lucio Brittaniæ Rege 236
Elymas magus, 1. 93
Episcopi à D. Petro in varias terrarum partes missi, 1. 98
Episcopæ, quæ feminæ in primitiua Eccles. 1. 51
Euang. Matthei quo tempore scriptum, 1. 77
Euang. Marci, 1. 97
Euang. Lucæ, 1. 129
Euang. Ioannis, 2. 207
Euang. aliud confingit Montanus. 2. 222

Euchar.

Euchar. Sacram. à primordio Eccleſ. vſu receptum, 1. 50. & 51.
Eudoxia filia Theodoſij Imper. defert è Hieroſolymis D. Petri vincula. 1. 85. Erigit templum in eſquilino mõte, ibid.
Euodius, an Ignat. ſubrogatus à D. Petro in Antiochena ſede, 1. 94
Euſebius PP. 3. 336
Euſtachius martyr ſub Adriano Imp. 2. 214
Euthychianus PP. 3. 301
Euariſtus PP. 2. 199. Inſtituta 204. obitus 211
Euſtatius, & Oreſtes martyres 3. 353

F

FAbianus per columbam è cœlo demiſſam Pontif. deſignatur, 2. in fin. Philippũ Imper. è fidelium cœtu eijcit, 3. in princ.
Felix PP. 3. 296
Florianus occupat Imp. 3. 300
Fons olei è taberna meritoria ad Chriſti natalem, 1. 22
Fons è carcere mammertino miraculo erumpens, 1. 152
Fons triplex ad triplicem capitis ſaltũ in Pauli nece, 1. 157
Fons ad Clem. PP. preces in Cherſoneſo 2. 190
Flauius Clemens Veſpaſ. Cæſ. propinquus, Chriſti fidem amplectitur, 2. 185
Fauſtinus, & Iouita martyres, pag. 215

G

GAlba Imper. 2. 172
Galerius Maximianus ad optatur à Diocletiano, 3. 319 Eccleſ. vexat. 320. Maximinum, & Seuerum collegas Imperij deligit, 323.
Gallia Epiſcopos recipit à D. Petro Apoſt. 1. 98. alios à D. Clem PP. 2. 186
Gallienus, & Valerian. Imper. 3. 288
Gamaliel magiſter Pauli, Stephani, ac Bàrnabæ, 1. 48. & & 79. Corpus Stephani ſolemni funere condit, 54
Geta filius Seueri Imper. 2. 247
Gnoſtici hæretici, 2. 221
Gordianus Imper. 2. 257
Gregorius Neoceſarienſis Epiſ. cognomento Thaumaturgus 3. 266. & 291
Gregorius VII. transfert poteſtatem deligendi Pontif. ad Card. 2. 205
Græci ſacerdotes quando cæperint habere vxores, 3. 384

H

HAdrianus Imper. Eccleſ. vexat, 2. 214. Eius mauſoleum, hodie arx S. Angeli pag. 218
Hebron antiquiſſ. Iudeæ oppidum

dum Abrahæ domiciliũ, 1. 28
Hæretici, qui à Rom. Eccl. communione se iungũtur, 3. in fi.
Helena Constantini Imper. mater, 3. 324. Hierosolymam petit, Crucem Christi inuenit, 337
Hibernia S. R. E. vectigalis, in præfat.
Herodes, 1. 26. & deinceps
Hierarchia Ecclesiastica, 1. 58.
Hierosolyma à Tito oppugnatpr, & expugnatur, 2. 173. & deinceps.
Hierosolym. Concil. sub Apostol. 1. 110
Hierosolymit. Templum, 2. 183
Hippolytus martyr, 2. 252
Hispania Episcopos à D. Petro accipit, 1. 99. an eò profectus Iacobus Apost. 72
Higinus PP. 2. 226

I

Iacobus Alphæi, Hieros. Episcopus, 1. 146. martyrium ibid. Epistolæ 147
Iacobus Zebedei in Hispania, 1. 72. redit Hierosolym. vbi martyrio occumbit, 82. corpus, Compostellæ, 83
Ianuarius Beneuent. Episcopus 3. 322. sanguis eius ad præsentiam capitis hodie quoq. ebullit, ibid.
Iesu Diuina, humanaq. origo, 1. 14. Gesta, mors, resurrectio à pag. 28. & deinceps
Ignatius an primus post Petrũ Antiochenus Episc. 1. 94. Martyrium, 2. 211
Incendium vrbis Romæ sub Nerone, 1. 149
Infantes Herodis iussu interempti, 1. 26
Iosephi hebræi de Christo testimon. 1. 40
Ioannes præcursor Domini, 1. pag. 28
Ioannes Apostolus eligitur, 1. 32. Asiam minorem in partione prouinciarum sortitur 87. Quæ passus Romæ Domitiano: 2. 196. Apocalypsim, quàndo, & vbi scripserit, 2. 701. Euang. eius, 207. & 208.
Ioseph B. M. Virginis sponsus, 1. 18
Ireneus Lugdunen. Epis. 2. 246 Eius cineres Catanzarium transferuntur, ibid.
Iustini ad Antoninum Pium pro Ecclesia oratio, 2. 228. Martyrium 231
Iudææ descriptio, 173

L

LAc sanguini mixtum è trucato D. Pauli capit effluit, 1. 157
Lateranense Palatium, Melchiadi PP. à Constantino concedisur, 3. 344
Lateranense Templum, 3.
Laurentius S. R. E. Diaconus 3

Legalium vſum, quamdiù Eccleſia retinuerit, 1. 112
Leomodia velum Paulo porrigit, 1. 157
Legati Romani Pontif. in Cóc. Nicen. 3. 373
Lex Moyſis quando mortua, & quando mortifera eſſe cæperit, 1. 116
Licinius Eccleſiam infectatur, 3. 349. Bellum eius cum Conſtantino, 354
Linus, an primus poſt Petrum Pontifex, 2. 170
Lucas Pauli fit comes, 1. 112 an vnus ex 72. diſcipulis. ibidē Scribit Euangeliū, 1. 129
Lucia Syracuſana virgo, 3. 314
Luſitania S. R. E. vectigalis in præf.

M

MAcrinus Imp. 2. 249
Magi, 1. 24
Manes hæreſiarcha Manicheorum anteſignanus, 3. 296
Marcellinus Rom. Pont. 3. 316
Marcellus Papa, 3. 317
Marcion, eiuſq. hæreſes. 2. 222
Marcomanni victi à Marco Anton. Imp. inſigni per fideles miraculo 2. 232
Marcus D. Petri comes, & alumnus, 1. 96. Quando, & vbi ſcripſerit Euang. ibid. Alexandrinam regit Eccleſ. 97 Martyrium, 148. Corpus Venetias tranſlatum, ibid.
Marcus Anton. cogn. Philoſophus, Imper. 2. 229
Maria Virgo Chriſti genitrix. 1 17. Infantia, & educatio 18 Quando emiſerit votum virginit. 20. Qua ætate peperit Chriſtum 107. An vna cum Ioanne Epheſum profecta, 87. Effigies 108. Epiſtolæ ibid. Aſſumptio, 107
Maria Magdalenæ Maſſiliam appulit, 1. 56
Martialis in Galliam à Petro Apoſt. mittitur, 1. 98
Mattheus Apoſtolus, 1. 133. Scribit Euang. 77. In quam prouinc. profectus, 89
Matthias Iudæ in Apoſtolatū ſuccedit, 1. 46. in quam prouinc. profectus, 89
Maxentius vrbis tyrannus. 3. 325. Fidem ſimulat 326. Eccleſiam vexat, 335. Bellum cum Conſtantino, 342
Maximianus Herculeus, 3. 329
Maximinus, 3. 323
Mediolanēſis Eccleſiæ per Barnabam Apoſtolum initia, 1. 117
Melchiades PP. 3. 344. & 346
Melita inſula, 1. 137. Quæ ibi Paulus geſſerit, ibidem
Montanus, eiuſq. hæreſes. 2. 221
Marcionis hæreſes, 2. 222

N

NAtale Chriſti, 1. 21
Natanael, an idem, ac Bartolom. 1. 33

Nau-

Naufrag. Pauli Apoſt. ad Melitam. 1. 137
Nazareth ciuitas Galileæ, 1. 17
Neapolis Petri aduentu decoratur, 1. 90. Recepit ab eodé Petro Aſpernaté Epiſ. 98
Nero Imper. 1. 141. Paulus coram eo cauſam dicit, 144 Eccleſ. vexat 150. & lib. 2. 168 Mors 2. 171
Nerua Imper. 2. 203 Fauet fidelibus, ibid.
Nicea vrb Bythiniæ, 3. 373
Nicenum Concilium, 3 372
Nouatiani ſchiſma, 3. 270. & deinceps
Nouati ſchiſma, 3 277
Numerianus Imper. 3. 300

O

OLiueti mons retinuit Chriſti ad Cœlos redeuntis veſtigia, 1. 44
Oraculum Delphis, 1. 22
Originis in puerili ætate facinus, 2. 245. Geſta, ſcriptaq. 3. 278. Mors ibid.
Oſius Epiſcopus Corduben. Legatus Rom. Pont. in Concil. Nicen. 3. 373
Otho Imper. 2. 172

P

PAleſtinæ deſcriptio, 2. 173
Pāphilus Cæſarien. 3. 321
Pamphutius Thebaidis Epiſc. pro coniugio clericorum in Nicen. Conc. 3. 37
Papinianus I.C. 2. 247
Paſchatis feſtum die Dominica celebrandum ſanxit Pius Papa, 2. 227. Idem ſtatuitur à Victore PP. 2. 243. id ipſum in Conc. Nicen. 3. 379
Paulus antea Saulus, Eccleſiæ inſectator 1. 55. Conuerſio, 62 Quando Pauli ſortitus nomé 93. proficiſcitur in Arabiam 63. Alia eius geſta à pag. 65 & à pag. 99. & deinceps. Raptus ad tertium Cœlum, 91
Epiſt. eius ad Theſſalonic. 121
Ad Corinthios, 127
Ad Timoth. 228
Ad Roman. 130
Ad Philipp. 143
Ad Coloſen. ibid.
Ad Hebræos 144
Teclam fide illuſtrat. 101
Petrum Antiochiæ obiurgat, 114. Romam vinctus ducitur, 135. Eius iter & peregrinatio, 128. & deinceps, Redit in Orien. 144. in Hiſpan. proficiſcitur, 145. Martyrium, 156. Effigies 158
Paulus primus eremita, 3. 266. & deinceps
Paulus Samoſaten. eiuſq. hæreſes, 3. 290. & 292
Peccata dimittendi poteſtas in Eccleſia, aduerſus Nouatianos firmatur, 2. 273
Pertinax Imper. 2. 241
Petronilla, & an Petri filia, 1. pag. 160

Petrus

Petrus Apoſt. eligitur 1. 32. Primatus eius firmatur, 1. 45. & 3. in fine. Geſta eiuſdem, 1. 46. & deinceps, Antiochiæ ſedem ſtatuit, 71. Eius in vrbem aduentus, 1. 90. Intereſt Conc. Hieroſolym. 111. Redit Romam, 150. Scribit epiſt. 95. Martyrium, 158. Effigies, 160
Phariſeorum cultus, moreſque, 1. 34
Philippenſes legatos cum muneribus Romam ad Paulum mittunt, 1. 143
Philippus Apoſt, 1. 32. Quam prouinc. ſortitus, 88. Cineres, 126
Philippus diaconus in Samaria, 1. 56
Pilatus præſes Iudeæ, 1. 33. Scribit de Chriſto ad Tiberium, 1. 75. Mors eius, 64
Pipini erga Rom. Eccleſ. munificentia, 3. 370
Pius primus Papa, 2. 220
Polonia S.R.E. vectigalis in præf. oper.
Polycarpus Smyrn. Epiſ. 2. 229
Pontianus Rom. Pontif. relegatur in Sardiniam, 2. 256
Praxedes romana virgo, 2. 231
Probus Imper. 3. 299
Prodigia Chriſti natalem indicantia, 1. 22
Pudens romanus Petrum domi recipit, 1. 90
Publius Melitæ Princeps, 1. 138 Martyrium eius in Peleponeſo ſub Hadriano Conſ. 1. pag. 215

Q

QVadrageſimale ieiunium à quo inſtitutum, 2. 225
Quatuor temporum ieiunium quando, & à quo inſtitutum, 1. 252

R

REgna vectigalia, S. R. E. in præf.
Reſurrectio Chriſti, 1. 42
Roman. Conc. ſub Victore Papa, 2. 243. aliud ſub Cornelio PP. in cauſa lapſorum, 3. 272. Aliud ſub Melchiade PP. in cauſa Donat. 3. 346 Aliud ſub Silueſtro Pontif. pro reformatione Eccl. 3. pag. 371
Romanis ſcribit Paulus Apoſt. epiſt. 1. 130
Romanæ Eccleſiæ primatus, 1. 91. & 2. 277. & 3. in fine Cum ea non communicantes hæretici cenſendi, 1. 91 & 3. in fin.
Romani Pontificis prærogatiua 3. in fine
Rhegium Calabriæ oppidum Pauli aduentu decoratur, 1. 139. Cur cicadas non habeat, 140

INDEX.

S

SAbellij hæreſes, 3. 289
Sacerdotum cælibatus num à primordio in Eccleſ. 3. 382
Samaritani à Philippo diacono Euangelium accipiunt, 1. 56
Santippe, & Polyxena hiſpanæ mulieres à D. Paulo fide illuſtrantur, 1. 145
Saulus, vide Paulus
Saxonia S. R. E. vectigalis, in præfat. operis
Sebaſtianus fideles fouet. 3. 304 A Caio Pontif. decoratur adhuc viuens titulo Eccleſiæ defenſoris, 306. Martyrium, 304. & 305
Seneca Neronis educator, & magiſter 1. 142. Num à Paulo fide illuſtratus, ibid.
Septuaginta interpretes, 2. 239
Seuerus Imper. 2. 244 & deinceps
Siluester Rom. Pontif. 3. 347 Baptiſmate Conſtan. luſtrat. 364. Concilium Romæ aduocat, 3. 371. Concilium Nicenum ſub eodem, 372
Simon Chananeus, qui & zelotes dicitur, Apoſtolus eligitur, 1. 33. Quam prouinciã ſortitus 89
Simon magus in Samaria, 1. 57 Geſta eius in vrbe, volatus, & lapſus, 151
Sixtus PP. 2. 218
Sixtus II. PP. 3. 284
Sother PP. 2. 234
Spiritus ſanctus ignitis linguis in Apoſtolos deſcendit, 1. 46
Spiritum ſanctum à Patre, Filioque procedere quando definitum. 3. 377
Stephanus diaconus, 1. 52
Stephanus Papa, 3. 282
Sophroniã virgo mortem ſibi conſciſcit, 3. 335
Suſanna virgo, 3. 306
Sybillarum reſponſa, 1. 23
Symbolum Apoſtolorum quando editum, 1. 87
Symbolum Concilij Niceni, 3 pag. 376
Symphoroſæ vnà cum ſeptem liberis martyrium, 2. 214

T

TAcitus Imper. 3. 299
Teleſphorus Papa, 2. 213
Templum Hieroſolym, 2. 178. & 183
Therebintus arbor, 1. 24
Therebintus Manetis hæraſiarchæ educator, 3. 296
Tertullianus hæreſim Montani in vrbe fouet, 2. 248
Thadæus Apoſtolus in Syria, 1. 79
Thebeorum militum legio, eorumque pro fide certamen 3. 311
Theophili domus, Antiochiæ decoratur Petri ſede, 1. 129
Theclæ certamen, 1. 110. & deinceps,
Theodotionis tranſlatio, 2. 239

Ther-

INDEX.

Thermæ Dſocletiani, 3. 308
Theſſalonicen. ad quos Paulus ſcribit epiſt. 1. 122
Thomas Apoſtolus. 1. 33. quam prouinciam ſortitus 89
Tiberius Imper. 1. 75. Agit in Senatu, vt Chriſtus inter Deos coleretur ibidem
Timotheus Pauli Apoſt. diſcipulus, 1. 117. & 127
Titus creatur à Paulo Creten. epiſ. 1. 128
Titus Veſpaſ. filius Hieroſolymam expugnat, 2. 179. & deceps
Trinitatis arcanum breui epilogo indicatur, 3. 378
Traianus Imp. 2. 209. Martyres ſub eo, 210. & deinceps
Traiani mores,, geſta, mors, 212. An eius anima, D. Gregorij Papæ precibus ex inferis erepta, ibidem
Tyrus vrbs, quæ hodie Tripolis, 1. 132
Torpetis fide certamen, 2. 169

V

VAlens inuadit Orientis Imperium, 3. 33
Valentinus hæreſum magiſter ſub Antonino Pio, 2. 219
Valerianus Imper. cum Galieno filio, 3. 283. Bello captus a Sapore Perſarum Rege, 288
Veneti à D. Marco religionis accipiunt initia, 1. 97. Marci corpus Venetias transfertur pag. 148
Veſpaſianus Imper. 2. 173
Victor Papa, 2. 242
Vincentij Cæſarauguſtani diaconi inſigne martyrium ſub Diocletiano, 3. 313
Vitellius Imper. 2. 172
Vlpianus I.C. ſub Alexandro Imperat. Chriſti cultoribus apprimè infenſus, 2. 251
Voluſianus Galli Imp. filius, & Imperij collega. 3. 279
Vrbanus Papa, 2. 253

X

XIſtus, vide Siſtus

Z

ZEnobia inuadit Orientis Imper. 3. 293. Fauet Samoſateno hæreſum propagatori, ibid. Vincitur ab Aureliano Imper.
Zenonis ducis martyriũ, 3. 309.
Zepherinus Papa, 2. 250

Digitized by Google

Errata in Hiſtoriarum impreſſ. ſic Corrige.

Pag 19. lin. 21. qua totidem, quæ totidem, pag. 20. in marg. Mariam, Maria pag. 21 lin. 18. quæ facile, quæ facile, pag 38. lin. vlt. intermixtam intermixtum pag. 55. lin 22. oculos, oculis, pag. 56. lin 12. Marſiliam Maſſiliam, pag. 85. lin. 6. Magi, Magis, pag. 113 in marg. anno 13. anno 14. pag. 124. lin. 16 rector fuit, *ſupple*, germanus frater, pag. 146 lin. 9. mandarent, mandaret, pag. 148. lin. 19 in corpore, è corpore, pag. 152. lin. 23. ſacro, ſaxo, pag. 161 lin. 2. lx. xl pag. 199. in marg. Anacletos, Anacleto, pag 205 in marg Greg. VIII. Greg. VII. pag. 207. lin 17. dicendo, diſcendo, pag 212 lin. 17. religiones, regione, pag. 22[illegible] lin. 22. pertidia, perfidia, pag. 231. in marg mart. mater pag. 232. in marg. regiones, legiones, pag. 251. lin. 8. verſa mente, verſa, mente pag. 256. in marg Petiiæ, Petiliæ, pag 268 lin 8 aliorum, aulicorum, pag. 273. in marg. auricalis, auricularis pag. eadem in 11. marg Sacrat. Socrat. pag. 281. lin. 3. alijque, alijſque pag eadem lin. 16. relegionibus, legionibus, pag. 285 lin 6. affert, offert, pag. 282. in 11. marg. Valetiani, Valeriani, pag. 309. in marg. Geneſis, Geneſij pag. 329. in marg ex Soz. ex Zoſ. pag. 347. lin 18. Auguſtinus Hieronymus, pag 350 lin. 5. & propellit, propellit, pag. 374 lin. 5. Cum, Cur, pag 383. in marg. Contra, Canon



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IHS